

A lucidiores Sole caligantur in morte: aures, quæ audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus: os, quod docet angelos, accipit potius pedes, quorum scabellum adoratur, cruci clavo affiguntur: manus, quæ formaverunt cælos, sunt in cruce extensæ, & clavus affixæ: corpus verberatur: latus lancea perforatur: & quid plura? non remanet in eo nisi lingua, ut pro peccatoribus oraret, & matrem discipulo commendaret.

Et infra, O bone Jesu, quid tibi est? Mori nos debuimus, & tu solvis? nos peccavimus, & tu luis? opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo.

Rursum inquit: Quid tam efficax ad curanda conscientia vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula meditatio? *super Cant. serm. 62.*

Quæ autem hic meditanda sint, brevis docet. In passione Domini tria specialiter convenit intueri, inquit: opus, modum, causam: nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur, patientia singularis, humilitas admirabilis, sed charitas inestimabilis. *In serm. de pass. Domini.*

B * CHRISTI RESURRECTIO, SEPULCHRUM, ET MIRACULA.

Christi Domini resurrectionem suo sanguine manifestat S. Longinus Centurio.

Postquam sepultura mandatum fuit vivificum Christi corpus, ut nos à peccati sepulchris evocaret, & ad antiquam revocaret beatitudinem, Longino rursus iussit Pilatus vitæ sepulchrum tueri custodia militari. Et ille quidem fecit in quod erat imperatum, etsi non esset eisdem de Christo cum Pilato sententia, ut jam dicimus. Cum autem peractum esset magnum resurrectionis mysterium, & milites miracula, quæ erant majora, quam ut ea caperet humana cogitatio, principibus sacerdotum, & presbyteris Judaici cæcus annuntiatus: hoc illi significavit, & dedecus sibi afferre existimantes, & miraculum volentes extinguere, pecuniis persuaserunt milibus, ut calumniarentur Christi resurrectionem. Illi igitur ad Pilatum accedentes, falsam dixerunt esse resurrectionem. Verum non sic Longinus: sed mendacii quidem

fuit preclarus confusator, verax autem testis veritatis, ut qui non sustinerit calumniari Christum, tanquam furto surreptum: sed lingua, & mente libera, eum verum esse Deum prædicavit, & eum mortuis esse excitatum affirmavit. Quo factum est, ut ipse Pilatus, & Judæorum Synagoga principes, invidiam, qua prius movebantur in Christum, & quem in eum animo concipiebant furorem, eum nunc in Longinum transferant, et adeo irascentes, ut quidquid pateretur Longinus, existimarent eum non satis daturum esse poenarum. Hinc ea res venit ad aures Longini, & eorum ita fuit ei significata. Quapropter magis volens abiici cum Christo, quam habitare in tabernaculis Judæorum, cum veste, & cingulo dignitatis, ipsam quoque simul quamprimùm exiit militiam. Et acceptis duobus militibus, qui habebant eundem zelum pro Christo, & veritate declinat cum populo congregationem, & cum Deo solo, & secum versatur. Paulo post relicto Hierosolymis venit in Cappadociam præco simul, & Apostolus Christi cum duobus militibus effectus: ubi ad Pilatum delatus, & varia persequens cum sociis capite plechitur *Laur. Surv. in vita ejus 25. Martii, ex Sineo, Metaph. Lipon. tom. 1. an. D. Dom. 34. 191.*

Hæretici ad sepulchrum Domini, nisi reconciliati, non accedunt.

Narrant nobis Anastasius presbyter, & ornamentorum sanctæ resurrectionis Dei, & Domini nostri Jesu Christi custos, quæ adveniens allue Comiana uxor Germani Patricii voluit nocte quadam sanctæ Dominiæ sola adorare sanctum Domini nostri Jesu Christi, vivificumque monumentum: Et cum appropinquaret januæ sacrarii, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei Genitrix cum aliis quoque mulieribus dicens: Quomodo cum nostra non sis, hunc aures ingredi? Et prohibebat eam. Neque enim (inquiebat) nostra est. Erat enim de hæresi Severi accephali. Illa verò multum rogabat, ut mereret ingredi. Ad quam sancta Dei Genitrix respondens, ait: Crede mihi, mulier, non ingredieris huc, nisi nobiscum communicaveris. Agnitio autem, quod qua

est hæretica, ingredi prohiberetur, quodque nisi accederet ad sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam Christi Domini, & Deinostris, intrare non permitteretur, contumaciter Diacono, oravit sanctum calicem sibi afferti. Quo allato, sumptis sacrum corpus, & pretiosum sanguinem magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi: Atque ita absque ulla prohibitione digna habita est adorare sanctum venerabile sepulchrum Domini nostri Jesu Christi. *Sophr. cap. 48. P. 1. Spirit.*

Narravit autem nobis, & hoc idem Presbyter Anastasius, dicens: quod Palæstina Dux aliquando venerit adorare sanctam Christi Domini nostri resurrectionem: Et cum cepisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu supervenientem, cornibusque illum impetentem. Ille verò pavore correptus, retrò redibat. Custos verò sanctæ Crucis Azarias, & ceteri, qui assistebant, ejus timore permoti dicunt ei: Quid est, quod habes, domine? Cur non ingredieris? Dicit: Ut quid intulisti arietem istum? Qui stupefacti inspererunt sanctum monumentum, nihilque videntes, ajunt ad illum: Ingredere, nihil tale intus est. Rursum ille ingredi cepit, sed iterum aspexit arietem contra se venientem, & se introire prohibentem. Ifud eum frastu- per factum esset, illeque, cæteris nihil videntibus, solus arietem cerneret, ait illi Crucis custos: Crede mihi, domine, aliquid habes in anima tua, quod te prohibet adorare sanctum, ac venerabile, & vivificum monumentum Salvatoris nostri. Itaque moneo, ut confitearis Domino peccata tua, clemens enim, & misericordissimus cum sit, & tui misere- re volens, hujusmodi tibi miraculum ostendit. Ille autem cum lacrymis dixit ei: Vere multis, & magnifice sceleribus obnoxius sum. Et seipsum in faciem prosternens, per multas horas permanit fletus, & confitens Domino: Surrexit deinde, & rursus ingredi voluit, sed iterum ab ariete permissus non est. Tunc ait illi sanctæ Crucis custos: Vere aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille, Num fortasse ideò, quia non sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Severo commu- nico, introire prohiberetur? Tunc petit à custode, ut sancta, & vivifica Christi Domini nostri mysteria sibi efferrentur, & allato sancto calice communicavit: Atque ita ingressus est, & adoravit, nil ultra impedimenti passus, nihilque ulterius cernens, quod se deterreret. *Ibid. cap. 49.*

SEPULCHRUM CHRISTI HONORATUM.

Tertia ipsa insuper, quæ Domini adjacet sepulchro divi- nam quandam ex Domino corpore proximè posito virtutem hausit: ut merito fideles illud peregrinantes avidè solet accipere, quia tum ad morbos curandos, tum etiam ad demones persequendos, uti consueverit. Est ejus rei locu- plus testis *S. August.* dum hæc ait de Hesperio viro Tribu- nitio: Acceptor autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, ubi sepultus Christus die tertio re- surrexit, cunque suspenderit in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse pateretur. At ubi domus ejus ab illa infestatione purgata est, & quid de terra illa fieret, cogitabat, quam di- vinitus in cubiculo suo reverentia causa habere nolebat. Fortè accidit, ut ego, & collega meus Episcopus Sinicensis Eccle- siæ Maximianus in proximo essemus, ut veniremus, rogavit, & venimus: cunque omnia nobis retulisset, etiam hoc pe- trivit, ut infoderetur alicubi, atque ibi orationum locus fieret, ubi etiam possent Christiani ad celebranda, quæ Dei sunt, congregari. *Ex Aug. De civit. Dei Greg. Tur. de glor. mart. cap. 7.*

CHRISTI RESURRECTIO MIRACULO CONFIRMATUR.

Castellum Emmauntum nobile fuisse olim oppidum constat, sed ob casus ibi Romanos milites, haud multum ante tem- pus à Varo Syria præfeco crematum est. Ad postea Romani capta Hierosolyma, & parta contra Judæos victoria, eam Ni- copolim nuncuparunt, nomine ex eventu belli imposito. An- te hæc Palæstina urbem, propter trivium, in quo Christus post resurrectionem à mortuis cum Cleopha incedens simula- bat ad alterum pagum properè contendere, est fons quidam salutaris, in quo non homines modo, qui ægrotaunt, loci curan- tur, verum etiam animalia, quæ variis morbis laborant: Nam ferunt, Christum unà cum discipulis quodam tempore è via ad fontem

fontem illum divertisse, inque eo lavisse pedes, & aquam ex eo tempore vim medendi morbis habuisse. *Jos. eph. 17. Antiq. e. 12. D. Hier. de loc. Hebr. serm. 2. Eccl. 1. 5. 20.*

Quid mirandum acciderit in Leodiensi monasterio anno Christi millefimo centesimo undecimo, Rupertus Abbas Tur- tiensis fama celebris ita narrat in commentario, quem tunc scribere de divinis officiis, istis verbis: Sed ecce, inquit, dum hæc scribis, jucundo per quemdam fratrem nostrum gratia resurgens nobis ardet miraculo. Testor illum beatam, ac deliciosam noctem, in qua Christus ab inferis victor ascen- dit, me nihil super hoc mentiri: nisi ille tam sacrilegus sit, ut de ejusmodi re quidpiam fingere ausus fuerit, quod vita ejus, vel propositum omnino prohibet, vel suspicari tam enim ejusdem nomen tacuerit, quamvis & hoc obnixè præ- catur. Factum quidem lucere coram hominibus cupit, ut gloriocetur Pater, qui in cælis est: se autem videri non vult, nec fuis reputari meritis miraculum, cujus sola Dei gratia (quo judicio necimus, operatur est). Res autem ejusmodi est: Hoc sancto Pasche sabbato, quo cetero annus ab incarnatione Do- mini millefimo centesimo undecimo inscriptus est, in Ec- clesia S. Laurentii ad precedentes ejusdem diei matutinos, ex- tinctis de more cunctis luminariis, dum eorum ultimum ex- tingueretur, & ad canticum Evangelii hæc antiphona à Domi- no Abbate Berengero imponeretur: Mulieres sedentes ad monumentum: ecce repente ante pedes illius projectum ceci- dit ipsius, quo firmiter substratus erat, cingulum. Ille solu- tum esse, & cecidisse suspicatus, quod tamen mirum fuisset, quia non delapsam fuerat, neque circum crura pedesque def- cenderat, sed ante pedes, quasi projectum (ut dictum est) exilavit, & inclinavit, ut tollens illud, rursus sese accin- geret. Cuiusque manus iniecit, ut illud sibi circumdaret, nondum, ut erat fortiter astrictum, non cedere sibi, ultra quam dici potest, admiratus est. Intendenti, & secum cum stupore magno reputanti quidam hoc sibi vellet; ecce vox fa- sta est, & sibilum tanquam aut tenuis audivit dicentem sibi.

B non Abbate Berengero imponeretur: Mulieres sedentes ad monumentum: ecce repente ante pedes illius projectum ceci- dit ipsius, quo firmiter substratus erat, cingulum. Ille solu- tum esse, & cecidisse suspicatus, quod tamen mirum fuisset, quia non delapsam fuerat, neque circum crura pedesque def- cenderat, sed ante pedes, quasi projectum (ut dictum est) exilavit, & inclinavit, ut tollens illud, rursus sese accin- geret. Cuiusque manus iniecit, ut illud sibi circumdaret, nondum, ut erat fortiter astrictum, non cedere sibi, ultra quam dici potest, admiratus est. Intendenti, & secum cum stupore magno reputanti quidam hoc sibi vellet; ecce vox fa- sta est, & sibilum tanquam aut tenuis audivit dicentem sibi.

ut sic potius clauso Christus prodire sepulchro.

Siquidem hæc (ut ipse referens testatus est) admiratio men- tem ejus persæpe subibat, quomodo verum Domini corpus (unde ipse nullatenus dubitabat) clauso refugere monimen- to, clausis potuit januis ingredi ad discipulos. Mox ergo illi ad memoriam simile illud rediit, quod Augustinus refert, factum per Petroniam, clarissimam Romanam, que mirabiliter ex- magno, atque divino, in quo medicorum adjutoria cuncta des- cecant, dolore sanata est. Hæc à quodam Judæo dixit sibi fuisse perlatum, ut annulum capillitio vinculo infereret, quo sub quædam lapida in renibus inventum bovis. Hoc ali- gato quasi profecto, ad sancti martyris Stephani limina ve- niebat. Sed profecto à Carthagine, cum in confinio flumi- nis Bagradæ in sua possessione mansisset, furgens ut iter pera- geret, ante pedes suos illum jacentem annulum vidit, & capil- litium zonam, qua fuerat alligatus, mirata tentavit. Quam omnino suis nodis firmillimis, sicut erat, comperisset astrictam, crepuscule, atque exiliville suspicata est. Qui etiam ipse cum inegerimus fuisse inventus, futuræ salutis quodam- modo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit, atque illud vinculum solvens simul, cum eodem annulo project in flumen. Non credant hoc (inquit, idem Augustinus) qui etiam Dominum Jesum per integræ virginialia matris cinxum, & ad discipulos clausis otiis fuisse ingrellum non credunt.

Comparantur nunc duo hæc tam insignia divini pietatis mira- cula: recens hoc, quod hominem cingulum renuam ejus firmi- ter astrictum, & dissolutum traxit, & exilivit: & illud anti- quius, quod zone infertus, nodo integro persistente erupit annulus. Nescio quid miret amplius, nisi quod hic pariter (ut dictum est) vox divinitus audita est:

Sic potius clauso Christus prodire sepulchro.

Hoc igitur, ubi accepi (mane quippe, ubi primùm loquen- di copia fuit, duobus tantum fratribus, quorum unus extitit, at- tonitus adhuc frater ille rem gestam retulit, obnixè postulans, ut creditum nobis secreta nunquam, cum suo nomine pro- deremus ubi inquam, hoc accepit, tanquam meis maxime obla- tum à Deo usus miraculum, lætus arripui. Siquidem eadem nocte, & eandem paululum ante horam, qua illud accidit, supra dictam similitudinem ruminare cœperam, scilicet quod hi, qui fidei resurrectionis detrahunt, & ideò non veram car- *L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.*

nis naturam credunt resurrecturam, quia Dominus clauso se- pulchro surrexit; vel quia clausis ad discipulos ingressus est. E- januis: similes sunt illis, qui terras, quam inspererant, detrahe- runt apud filios Israel, dicentes: Terra, quam lustravimus, de- vorat habitatores suos. Non igitur importune longior nunc- trahitur sermo de resurrectionis gloria, &c. Hæc illa. tunc monachus sub Berengero sive Berengario Abbate, in epi- stola nuncupatoria ad Cononem Abbatem Sigeborgensem, ante com- mentarium in Genesim posita.

* ASCENSIO CHRISTI IN CÆLUM.

Postquam Christus Dominus Apostolis suis benedixisset, & præter alias dotes, etiam has duas contulisset, donum nempe miraculorum, & scripturarum intelligentiam, videntibus il- lis elevatus est, nubes suscepit eam ab oculis eorum: Cui- que intueretur in cælum eum illum, ecce duo viri attire- runt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Gali- læi, quid statis aspicientes in cælum: hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum eum in cælum: &c. *Act. 1. 2. Luc. 24.*

Cum S. Stephanus protomartyr à fidei Christianæ ad verfaris pro Christi nomine ageretur, plenus Spiritu sancto intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à dextris virtutis Dei, & ait: Ecce video cælos apertos, &c. *Act. 7.* Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. *Marc. Evangel. in c. ult. Vid. Luc. 24. 49. Act. 1. 6.*

ASCENSIONIS CHRISTI DIGNITAS, ET UTILITAS.

Ascensio Dei, Catholice fidei confirmatio fuit, ut secuti in posterum crederemus, & miraculis illius donum, cujus etiam in præfenti perciperemus effectum: Nos Christi mors vivifica- vit, nos resurrectio erexit, nos Christi ascensio consecravit: Resurrectio Domini spes nostra est, ascensio glorificatio nostra. Si ergo rectè, si fideliter, si devotè ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, ut sursum corda habeam. *Aug. in serm. de Ascensione.*

Non solum hodie cæli possessores firmati sumus, sed super- na cælum in Christo penetra viamus, ampliora recepturi per suam ineffabilem gloriam, quam per Diaboli perdidimus invidiam. Quia quos Diabolus de primi habitaculi felicitate eiecit, hos Dei filius sibi comparatos ad patris dexteram collocavit. Non otiose inter resurrectionem, & ascensionem quadraginta dies transiit discursu: sed magna confirmata sunt sacramenta, ma- gna revelata mysteria. In eis dixit mortis auferitur metus, verbi simul, & carnis immortalitas declaratur. In his infusio Spiritus sancti infunditur. *Leo Papa serm. bodierno.*

EXEMPLA, ET MIRACULA.

De vestigiis pedum Christi Domini ab ejus in cælum ascen- sione in monte Oliveti impressis.

Egregium sanè monumentum fuit ad eos ascensionis Do- minus Kedomptor noster non modò suis Apostolis, sed po- sterioribus quoque spectandum reliquit, nimirum sacrorum pedum suorum terræ impressa vestigia. De quibus hæc apud Hiero- nimum, & alios. Mons Oliveti ad Orientem Hierosolymæ, torrens Cedron interfluente, ubi ultima vestigia Domini hu- mo impressa hodieque monstrantur: eumque terra eadem H quotidiè à credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuò recipiunt. Denique cum Ecclesiæ, in cujus medio est, rotundo schemate, & pulcherrimo opere conderetur, summum tantum cacumen, ut perhibent propter Domini corporis meatum, nullo modo contegi, & concamerari potuit, sed transitus ejus à terra ad cælum usque patet apertus. *D. Hieronym. de loco Hebr. 11. Apost. Paul. Episc. N. glan. ep. 11. ad Severum. Sulp. Sever. lib. 2. biff. Beda de locis sanctis. c. 7.*

Terræstris Hierusalem præsentia Christi sanctificata, celestem odorem efflans, cor hominis ad cælum mirabiliter erigit, & inflammat.

Memorable hujus rei exemplum prodidit *Rudolphus lib. 4. biffor.* quod hic transferbere oportet præcuncto duxi. Contigit, ut quidam

quidam à Burgundia paribus ex Augustodunensi territorio A Lethaldus nomine, cum ceteris Hierosolymam perges de- venire, qui prospectis locis omnibus sacris, cum ad illum locum montis Oliveti devenisse contigit, ex quo Salvator ad caelos ascendens, totidoneis testibus, venturus inde iudicare vivos, & mortuos est reprovissus, proiciens se in Crucis mo- dum toto profusus corpore, cum lacrymis inenarrabilibus mentis júbulo exultavit in Domino, recingens se identidem pal- mis ad caelum extentis, nisi, quo poterat, corpus librabat in altum, ac in voce hujusmodi aperiebat mentis desiderium: aje- bat namque: Domine Jesu, qui propter nos de sede majesta- tatis tuae descendere dignatus es, ut genus humanum salvares, quique ex hoc loco, quem oculis intueor, carne vestitus re- measti ad caelos, unde veneras, obsecro tuam omnipotentissi- mam bonitatem, ut si hoc anno est mea anima ex hoc corpo- re migratura non hinc recedam, sed in conspectu ascensionis tuae fieri contingat. Credo enim, quoniam sicut te fecerit sum corpore qualiter ad hunc devenirem locum, sic animam me il- lam, & gaudens post te sit ingressura ad paradysum. His peror- atis reverens est, cum focis ad hospitium: Erat autem jam hora prandii. Ceteris vero discumbentibus, conversus ipse ad lectulum villos alacris, ac veluti gravi sopore paululum re- quiescit, illico, namque obdormiscens ignoratur quid vi- derit, protinus domiens, exclamavit: Gloria tibi Deus. Socii quoque haec audientes, movebant illum, ut surgens come- deret. Qui noluisse verens se in latus aliud, dixit se pati ali- quid incommodi, recubansque usque ad vespertim, convocatus sui itineris focis, vivifica Eucharistia requirens accepit viati- cum, illisque dulciter salutaris emisit spiritum. *Rudolph. lib. 4. hist. c. 6. fac. Graetzer. in Apolog. pro Cruciatu. tom. 3. de Cruce Barom. tom. 1. an. 34. Ludolph. 2. p. de vita Christi c. 82.*

Per effigiem Christi ascendens in caelum con- valescit paralyticus.

Nobilis quidam diuturna paralyti decubens in lecto, nulli idoneus operæ jacebat, omnibus frustra remediis tentatis. Chris- tianus inivit illum, narravitque fore, si spem poneret in Christo, & ejus nomen supplex imploraret, ut sanitatem recipere, & ob id ipse reliquit effigiem pictam Christi ascenden- tis. Egrotus hortante Christiano, spe confirmatus, oculos in imaginem designans, intimo, maximoque animi studio Dei nomen imploravit. Mirum dictu, multis aspicientibus repen- tentianus electo surrexit, & Christo nomen dedit. Hæc cum certo cognovisset Imp. Conchinchina jam vita Christianus, Naconem five Macam, quæ est urbs Lusitanorum in litoribus Sinarum, Legatos miit, qui nomine ipsius orarent, ut ad sua regna mitterentur, qui Christi doctrinam disseminarent. *Thom. Bar. tom. 1. de Sign. Eccl. lib. 5. cap. 2. ex Martino Ignatio Fran- ciscano.*

CHRISTUS JUDEX VIVORUM, ET MORTUORUM.
Vide locum de judicio.
NONNULLA DE CHRISTO PARTICULARITER OBSERVATA.
Putat.

An in vita riserit.
Scriptura divina, cum varia de Christi moribus, & ope- ribus enarrat, nunquam tamen commemorat eum risisse, flevisse tamen crebrius, & ingemuisse. Quod sanè à plu- ribus viris sanctis observatum fuit. An vero nulla unquam occasione hunc affectum ostenderit inter homines, ne- que quidem, dum in nuptiis Cananæ aquam in vinum, quod honeste hilaritati natum est, converterit, problema ceto.

Quoties, & cur fleverit?
Terin S. litteris flevisse Christum legitur, 1. Mortuo La- zaro, dum eum resuscitaret. 2. Videns civitatem Hierusalem, flevisse super illam 3. Moriturus in Cruce. Quamvis sapius in- genuerit ob gravem peccatorum nostri generis sarcinam, quæ illum è coelo in terras venire, ad iniquitates nostras in suo cor- pore ferendas impulerat.

Quoties clamaverit.
Cum Christus ageret coram turba de semine verbi Dei ex- cipiendo; clamavit scribitur *Luc. c. 8.* Qui habet aures au- diendi, audiat: quod non alias nisi gravissima de causa fecit. *Jean. c. 7.* Clamabat, inquit, ille, in templo docens, & di- cens, Et me fecitis, & unde sim scitis &c. Et rursus, in novis- simo die magno festivitatis, stabat Jesus, & clamabat dicens, Si quis sitit, veniat ad me: & bibat. Insuper excitando à mor-

tuis Lazarum, clamavit voce magna, Lazare, veni foras. De- nique *c. 12. Joan.* Clamavit coram principibus, & turba, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et apud *Luc. c. 8.* fuscitatoris filiam principis Synagogæ dicitur: ipse autem tenens manum ejus, clamavit.

In cruce autem bis clamasse perhibetur, *Matt. c. 27. ad He- braeos c. 5.* Quamvis aliqui velint semel etiam exclamasse in hor- to, quando est passus agoniam: ac de illo clamore intelligi debere Paulum ad Hebraeos.

Quando quoties, & a quibus adoratus ante passionem, & post. Existimat Maldonatus in Lucam, neque discipulos Chris- ti, neque ex consequenti alium ullum, Christum ante pas- sionem adorasse, non quod Deum illum non crederent, verum cum hominem tantum viderent, tanquam cum ho- mine versatos fuisse: ac demum adorasse, cum cum in ce- lum ascendere viderent. Ceterum Confessio illa Petri in persona aliorum facta, qua cum Dei filium asseruit, aliud insinuat. Exempla quoque adorationis ab aliis præstita id docent. In primis Magi, qui ab Oriente venientes, coram puero Jesu, & Matre procidunt, munera præbent regalia. *Matt. 2.*

Leprosus quoque veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. *Matt. 8.*

Princeps unus accessit, & adorabat eum dicens? Domine, fi- lia mea desinca est, sed veni, impone manum, &c. *c. 9. ib.*

Jairus Princeps Synagogæ cecidit ad pedes Jesu, rogans il- lum, ut intraret in domum ejus. *Luc. 8.*

Nauta videntes sedatam à Christo tempestatem, ventosque pacatos, venerunt, & adoraverunt eum dicens: Verè filius Dei es. *Matt. 14.*

Mater filiorum Zebedæi pro filiis deprecata venit, & ado- rabat Christum dicens: Dic, ut sedent hi duo filii mei, &c. *Matt. cap. 20.*

Chananaea mulier à finibus illis egressa, & rogatura pro filia, quæ à dæmonio vexabatur, adoravit Christum dicens: Do- mine, adjuva me. *Ibid. c. 5.*

Ipsi dæmones compulsi majestate divinitatis in Christo, eum adorant. *Luc. 8. Matt. 3. 5.*

Cæcus à nativitate postquam visum recepisset, procidens, Christum adoravit. *Jean. 9.*

Hæmorrhoida accepta sanitate, cum eam Christus aspexisset, venit, & procidit ante eum. *Marc. c. 5.*

Devota illæ mulieres, quæ iterant ad monumentum, oc- currenti sibi post resurrectionem Domino, & dicenti, ave- te 3. accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. *Matt. c. 28.*

Undecim quoque Discipuli abierunt in Galilæam in mon- tem, ubi constituerat eis Dominus. Et videntes eum, ado- raverunt. *Ibid.*

*** CHRISTI HONOR, LAUS, CULTUS.**

Quis non merito honore eum prosequatur, cujus opera om- nia ineffabilia humani ingenii captum longè excedunt? Im- merito ergo Principes Sacerdotum, & Scribæ audientes pueros in templo clamantes, Hosanna filio David, indignati, & jure per Christum repressi. Qui rogantibus, audis, quid isti dicunt? utique, inquit, nunquam legitis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. *Matt. c. 21.*

Dum in ingressu Hierusalem exclamaret populus, Benedic- tus, qui venit Rex in nomine Domini: ac quidam Pharisaeo- rum dicerent, Magister, increpa Discipulos tuos, ait: Dico vo- bis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt, infansiam gloriam, & potentiam suam prædicandam ab irrationalibus creaturis, si rationales conticuerint. *Luc. c. 19.*

Mirum, quantum S. Petrus Apostolus sui Magistris desiderio flagrarit: post cujus in caelum ascensum ubertim lacrymas ef- fudit memorie proditor; rogatus autem, cur tantum la- chrymaretur? respondit: Desiderio Domini. Qua etiam de causa Gentium Doctor Paulus, cupiebat dissolvi, & esse cum Christo. *Ex vita ejusdem.*

Et, ut alios tacitus præteream, quid de Theodoro Martyre dicam? cui dum tormenta oculos poneret Publius, roga- retque, Masvine esse cum Christo, an vero nobilicium? inquit, Cum Christo meo & sum, & ero: ideòque non timeo tor- menta tua. Considerabat certè cum Apostolo, non esse con- dignas passionibus hujus temporis ad futuram gloriam in nobis telendam. *Sur. tom. 6. in vita.*

Merito prioribus annumerandus F. Borgia è Societate Jesu

Jesu: ut qui oblitus (ut habet Psalmlista) populi sui, A & domus paternæ infonaret hanc vocem crebris; & Pe- gredat in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et apud *Luc. c. 8.* fuscitatoris filiam principis Synagogæ dicitur: ipse autem tenens manum ejus, clamavit.

Erant Carolus V. Imp. animi magnitudine par, ac pietate su- perior, & melior magno illo Julio. Cum enim Saxonum, & aliorum ingentes, ac numerosas copias exigua manu fudisset, ad summum pontificem de rei eventu scribens, Veni, inquie- bat, & vidi, sed Citritius vicit, non sibi, ut Cæsar ille olim 3 at victoriz largitori, ejus quoque laudem ascribens. *Sur. in Hist. L. Beyerlinck. Ibid.*

Neque hic prætereundum, quod sequitur. Ut enim Idem erat vitæ sanctiorum in nobili illo genere clarissimus, in eod- em prælio, quod cum Saxonibus commisit, observavit ima- ginem Christi in cruce affixi, plumbea glande ab impio milite recenter trajectam. Steit, & ingemuit; atque elata voce ad Deum clamavit: Domine, si vis injuriam hanc ulcisci, potes: ecce autem me vindicem tuum paratum juva. Certè au- divit, & juxit? prout subsecuta mox hostium dissipatio de- claravit. *Juss. Lips. Mon. Poliv. lib. 3. c. 2.*

B CHRISTUS HONORE AFFECTUS.
In Nummis.

Christiani Imperatores relicto gentilitatis errore, quo fidei à se susceptæ gloriam magis, ac magis exenderent, num- mis suis aut imaginem, aut Christi nomen insculperunt. Ita extat Nummus à Carolo Magno cufus, in quo Chris- tus Imperatori diadema imponens exprimitur, & aversâ parte liber vitæ hæc inscriptione figuratur, Jesus Christus Rex Regnantium.

Alii Christum solum insculperunt, cum litteris IHS. XPS. Emmanuel. Vel IHS. XPS. Basileus Basileon. Cujus auctorem faciunt Joannem Zimæsem Imperatorem.

Modo cruceum his litteris circumscriptam IHS. XPS. Nixa nummis indiderunt. Quod & imitati Franci Cæsares, & Re- ges, qui in suis solidis circum Crucem florentem scribunt, Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. P. *Camerac. p. 3. borar. subsc. cap. 74.*

*** CHRISTI POTENTIA, ET IN EUM FIDUCIA.**
C MIRACULA IN IPSIUS NOMINE PATRATA.

Quis dabit mihi nunc pennas sicut columbæ, ut ad augu- stum hoc Christi nomen evolem, & non cum leato per ni- mium ejus splendorem in preceps agar? Quid enim Gentium simulachra (etiam Deo ita permittebant) operata, si cum iis confectas, quæ hujus nominis potentia freti viri sancti admiran- da præstitere? cum ipsa Veritas dicat dilectis suis: Usquequo non petitis quicquam in nomine meo: peccite, & accipietis. Neque id dilectis solum, sed & improbis concessum, in no- mine tuo eiecerit dæmones, & alia supra hominem affecere. Unde super his miratus Joannes, Magister, inquit, vidimus quemdam in nomine tuo eiecere dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum, Nemo enim est, qui faciat virtutem, id est, mira- culum, in nomine meo: & possit cito malé loqui de me? qua fronte enim malediceret illi nomini, quod in se experitur esse dum efficacit? Qui enim non est ad verbum nos, pro nobis est. Admiranda nominis Christi virtus, quæ etiam in alienis, & à se aversis pectoribus, suæ claritatis radios diffudit. *Marc. cap. 9. L. Beyerlinck in apoph. Christi.*

Hoc ipsum contestatis hujus nominis amantissimi, Petrus, & Joannes: introcunctibus namque in templum, dum Cæcus qui- dam ad portam, quæ Spectosa dicebatur, de more elemosynam à transeuntibus petens procumberet, & ab his etiam itipem fla- gitaret, eamque respicere iustus in eos, jam certo expectaret; Petrus de meliori elemosyna cogitans, Argentum, inquiebat, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In no- mine Jesu Christi Nazar. surge, & ambula. *Act. c. 3.*

Insignis quoque hujus nominis cultor exiit Alexander Epif- oopus, qui videns novas indies factas pullulare, cum auctoritate Constantini coactum eum philosophorum concilium, qui cum Christianis de fidei veritate conferret: ille paranti dicere Phi- losopho, Tibi, inquit, in nomine Christi silentium impero. Ma- net ille ad hanc vocem clinguis: & quod ore non poterat, vi- ctus manum dat Alexandri: reliqui visio miraculo converti, ac *L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.*

si Dominum audissent dicentem: Si mihi non creditis, operibus ipsis credite. *Euseb. in vita Constat. Beyerlinck supra.*

Juliano Cæsare donativa parante, quæ in milites, quò in prælium jam imminens alacriores descenderent, eroga- ret; & missionem Marinus Epif. Turonem postulat, dicens: Christi nunc miles sum, pugnaire mihi nefas. Motus ad iram Tyrannus, eum pugnae instantis metu militiam jam detrectare object. At Martinus, quasi illato sibi terrore constanter; Si hoc, ait, ignavie adscribitur, non fidei; ego die crastino solo signi Crucis clypeo protectus, hosti- sium cuneos in nomine Domini Jesu Christi penetrabo securus, quod & effecit. *Sur. tom. 6. in vita.*

Neque vana in Christum fides, & efficax desiderium Theo- doro Martyri fuit. Custodiæ enim traditus, eum inedia consu- meretur; ita ut unicum panis unciam cum pauillulo aque per diem acciperet; & fidelis Christi athleta haud solito debilis, etiam oblatum cibum recusabat, dicebat autem: Me alit Do- minus meus, & Rex Jesus Christus. Et quis unquam vidit justu- derelectum, aut femens ejus quærens panem? *Sur. 6. in vita.*

Non erit hic prætereundus Paulinus; qui Apostoli Pauli discipulus, cum eum persequerentur impij homines, magistri sui imitatur vestigia, suos his verbis hortabatur: Ubiqueque Christus adest, nobis etiam aranea murus fiet: ac cum Chris- tus abest, etiam murus fiet aranea. Quòd revera, & ad litem in quodam Martyre impletum, testatur ex vita ejusdem Breviarium Romanum. *Euseb. in Chronico. L. Beyerlinck supra.*

Concludam, cum Cassiano: qui apud Alexandriam Senem fuisse commemorat Christiana fide imbutum, quem cum vari- bus maledictis impetent Infideles, ac tandem quærent: Quid miraculi unquam fecit Christus tuus? Christiano di- gnam vocem respondit? Hoc ipsum, ut iis, quas inferis, non moveat injuriis. *Cassianus.*

*** CHRISTUM SEQUI.**

Quanta res sit Christum habere vitæ suæ exemplar, & ac il- lud suos mores efformare, vel ex illo ejusdem testimonio evi- dens sit, ubi ait: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Cujus rei fiducia incensus Ignatius, S. Joannis discipulus, vix conceptum intra pectoris medullas ingenem continere valens, ad bestias Romæ damnatus, Nunc, inquiebat, incipio discipulus esse Christi: nihil de iis, quæ vi- dentur desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Verè, & pie Bernardus, Nil canitur suavius, auditur nil jucundius, nil cogi- tatur dulcius, quam Jesus, Dei filius. *Euseb. l. 3. hist. Eccl. c. 30.*

S. Malachias Epif. Hiberniæ, à nefario quodam Principe per- dolum è templo vocabatur, firmam (ut præterebat) pacis causam. Cumque ne ad eum descenderet, totus clerus fuaderet, ille pacis cupidus, Sinite, ait, me imitari magistrum meum, sine cau- sam Christianus, si Christum non sequor. Verè peccatoribus nostris inferenda vox, quibus nomen dumtaxat Christianum in pretio, non vita. *Sur. to. 6. in vita Beyerlinck supra.*

Summa laude, & admiratione dignus Nivardus frater D. Bernar- di, cui puero adhuc, cum fratre, inter quos magnus ille Bernar- dus, ad eligendum pergens in foro cum æqualibus luden- ti dicerent; Nivarde frater, nunc te solum manet totius sum- ma patrimonii? nos omniibus cedentes, Christum sequimur: ille, Cæsum ergo vos possidebitis, ego terram? absit. Nihilq; moratus, puerilem animam in virilem commutans frates se- quitur, & cum illis Christum. *In vita S. Bern. l. 1. c. 3.*

An non dignus Thomas Morus, qui prioribus jungatur? Cum, ut erat summa pietate, & religione, supplicationes die- bus rogationum fieri consuetas pedes comitaretur; & monitus à H suis, equum conscenderet, dixit: Nolo Dominum meum peditem eques sublequi. Dicebat autem id propter crucifixi imaginem, in qua Christum venerabatur. *Tho. Stapler. in vita L. Beyerlinck in apoph. Christi. T. de Christo. Vide Tr. de reli- gione.*

*** CHRISTUM CONFITERI.**

Magna eos præmia manent, qui Christum hic coram homi- nibus confitentur, nec cum annuntiare tam re quam verbo crubescunt. Tales enim ipsemet coram patre suo confestum se explicatis verbis promittit. Quod intelligens (ut sexcentos alios omittam) Romanus Miles, qui postquam plumbeis, flagrisque diu tortus, etiam ipsa latera mucronibus rescinderetur; dixisse fertur ad impiissimum Tyrannum: Gratiarum ago, quòd am- pliores mihi otis patefacias meatus, quibus Christum prædicem: totece laudant ora, quot sunt vulnera. Dictum me- re, & verè Romanum. *Sur. in vita.*

S. Dionysius M. etiam merito Romano adiungendus, qui Romæ à Diocletiano comprehensus, dum lætus ad supplicii locum duceretur, solum hoc toto itinere ingeminabat: Etsi milites occidi possem, tamen Dominum meum Iesum palam confiteri non cessarem. *Petr. de Natalibus. Beyerl. supra.*
 S. EVELPIUS cum Sodalibus prætorio Rustici Præfecti constituitur, quo rogantur. Tu quinam es, cuiusve religionis? nil claudatus, Servus quidem Cæsaris, inquit, sed à Christo libertate donatus; ejusque beneficio, illius spei, cuius & isti, quos hic vides, particeps factus. *Sur. Tom. 2. Lipelloo ibid. Metaphr.*

* Christianus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Christianus à Christo dicitur *χριστιανός*, de quo supra. Et is dicitur, qui Christi est, qui fidem Christi habet, qui spiritu Christi vivose operatur, & ad imitationem Christi peccatis moritur. *Ex B. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5.*
 Ille verè Christianus est, qui omnibus misericordiam facit, qui nulla omnino movetur injuria, qui alienum dolorem, quam proprium sentit, cuius mensam nullus pauper ignorat; qui coram hominibus inglorius habetur: ut coram Deo, & Angelis gloriatur, qui terrena contemnit, ut possit habere cœlestia; qui opprimi pauperem se præsentem non patitur, qui miseris subvenit: qui ad fictum scilicet provocatur alienis; quod bene faciebat Paulus, Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Augusti. de vita Christi.*
 O Christiane, delicatus es miles, si putas sine pugna te posse vincere, sine certamine triumphare: fortiter dimica, atrociter in prelio concerta, considera pactum, conditionem attende, militiam nosce, pactum quod spondidisti, conditionem quam accessisti, militiam cui nomen dedisti, hoc enim pacto quos miraris, omnes pugnaverunt, hac conditione universi vicerunt, hac militia triumphaverunt. *Christoph. in hom.*
 Christianus nemo dicitur rectè, nisi qui Christo moribus, prout valet, coæquatur. *Max. in Sermon.*
 Exemplar veri Christiani exprimit Lucas Evang. in Actis Apost. c. 10. In Cornelio Centurione cohortis Italice, ut in quo locum non habuit illud Lucani.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.
C De quo scribit, quod fuerit Religiosus, ac timens Deum, cum omni domo sua, faciens elemosinas multas plebi, & de precibus domo semper. Quippe quatuor hæc virtutes reliquas includunt, & Christianum perficiunt.

APPELLATIONES OLIM.

Christiani dicuntur Fideles, Fratres, & Sancti, in Sacris literis. Immo Paulus Apostolus tale de illis nomen usurpavit coram Iudæo, *Act. c. 26.* Ita etiam Ananias Misus à Deo ad Paulum, dicit: Domine, audiivi à multis de viro hoc, quanta fecerit Sanctis tuis in Jerusalem. Unde constat, commune hoc nomen Sanctorum Christianis fuisse. Ita etiam Apostolorum Princeps vocat Christianorum genus, gentem sanctam, id est, femel ab originali peccato per baptismum sanctificatam; & indices ab actualibus per poenitentiam. Vel quia per Christum Deo oblati sunt, vel denique quod vitæ puritatem habeant, ac sanctimoniam, sine qua nemo Deum viturus est. Ideoque Ecclesiæ Catholicæ nota est, esse sanctam, neque extra eam vera sanctitas reperitur. Unde & Christianismus nihil est aliud, quam professio Sanctitatis. Et Christiani dicuntur filii promissionis, & verè sunt, quia à Deo promissi.

Vide infra de Nomen Christiani quando, & ubi inditum.
 NOMINA PER CONTUMELIAM INDITA.

Christiani vocabantur per contemptum primitus Nazareni. Ita in Actis Apost. c. 24. legimus accusatum Paulum, quod autor esset seditionis sectæ Nazarenorum. Quippe hoc nomen vocabant Christianos per opprobrium, ut ait *Beda post Hieronymum Epist. 88.* Quamvis postea furrexerit inter Judæos; sive ex Judæis Christianos, hæresis Nazarenorum. De quibus *Epiph. heres. 29.*
 Constat interim per ludibrium omnes Christianos tunc appellati solitos Nazareos à Judæis, terque in die ab hisdem sub hoc nomine in solemnibus precibus maledici. Testatur id *Hieron. in c. 52. Isaia.* Licet Epiphani. existimet Judæos intelligere Hæreticos jam nominatos.

JULIANUS Apostata, & Porphyrius Christum per ludibrium vocabant Galilæum: unde & Christum Galilæi dicebantur aliquo tempore.

Communis accusatio Christianorum in Ecclesia primitiva

erat, quam etiam nominis appellatione exprimebant; eos vocare seduciosos, & turbatores Reipublice. Ita ut Julianus Apostata eos solum hac de causa voluerit sustinere martyrium, & casti poenis. Sic ostendebat in Actis Apost. cap. 16. Paulum, & Silam magistratibus dicentes: Hi homines conturbant civitatem nostram, cum sint Judæi.

Ubi advertere etiam Christianos per ignominiam Judæos appellatos, ut quorum nomen Romanis probroque erat, atque odiosum. Immo eo titulo Claudius eorum vice proficitur. Ut meminit *Suet. in Claudio, & Lucas Act. 18. vers. 1.*

Ceterum Genesius Vandalorum Rex Arrian. Africanos Catholicos tanquam proditores affligebat, quod literas ultramarinas ab hostibus suis, ita appellabat Catholicos, de religione accepissent.

Ita & Maxentius Tyrannus, cum audivisset in Castris Constantini contra venientes multos esse Christianos ex Anglia, illis insulabat, quasi qui secretis cum hoste molitionibus intenderent.

Idem fecisse Neronem, & ad tollendum vulgi rugorem reos egisse, auctor est Tacitus.

Denique, ut scribit *Tertull. Apolog. c. 2. & 35. & 40.* Christianum hominem omnium scelorum reum Gentiles, Imperatorum, Deorum, morum, legum, natura totius inimicorum existimabant. Publicum etiam hostem, omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi causam. Tiberis si ascenderet, Nilus si non ascenderet in arva, si cœlum staret, si terra moveret, si lucis, si flammæ esset. Sanè prædixerat id Christus, odio citis omnibus hominibus propter nomen meum.

Quin & Maximinus Imp. in edicto contra Christianos hoc rescripsit. Ipsam S. Eucharistiam communionem solum esse conjugationis: sicut sanguinis populo Catilina sibi conjuratos devinxerat. *Euseb. in Hist. Eccl. c. 6.*

Illustrabit hunc Titulum alius Tit. de Religione Christiana. Item de persecutoribus.

NOMEN CHRISTIANUM.

Ubi, quando, quibus, & quomodo inditum?

In Actis Apostolorum legimus, Barnabam, & Paulum fuisse Antiochiæ uno anno, & cognominatos primum Antiochiæ discipulos Christianos. Præter enim dicebantur esse de via illa, ut observat Chrysostomus; & usus hæc locutione Lucas, ut si quos invenisset hujus via viros, ac mulieres, *Act. c. 9.* & c. Item dicebantur Discipuli, & Fratres Verum crescente numero fidelium Antiochiæ, Gentilis sine numero conversis ad fidem, dicitur coeperunt à Magistro suo, Christiani, ad distinctionem abiorum, qui in varias sectas abibant. *Act. c. 11.*

Non constat vero, quis illud nomen instituerit. Vult *Suidas* eam nomenclaturam lætam demum sub Claudio Imp. cum Petrus Antiochiæ Evodum designasset Episcopum. *Tertull. dicit tempore Tyberii nomen hoc prodidisse. Apolog. c. 4. Baron. Tom. 1. Ann. scribit, id factum anno 43. à Nativitate, decimo ab Ascensione.*

Interim laus Antiochenæ Ecclesiæ debetur, quod in ea si non omnino primum, certè inter Gentes auditum fuerit nomen Christianum. Ter autem nomen Christianorum duntaxat in Scripturis reperimus, *Act. c. 11. & 26. & priore Petri Epist. c. 5. vers. 16.*

NOVIS CHRISTIANIS OMNIA COMMUNIA.

Tempore Apostolorum memorat Lucas, quod omnes, qui credebant erant pariter, & erant eis omnia communia. *Act. c. 2. & 4.* quia videntur, ait Chrylost. Spirituality dona communia voluerunt temporalia ejusdem esse conditionis. Atque hinc emanasse videtur instituti monasticæ origo. Quippe in tantum erant communia primum illis temporibus, ut quævis etiam pretiosa calcarent, & ad pedes jacerent Apostolorum. In cuius rei contumeliam Julianus Apostata Christianos bonis spoliabat. Ut infra dicitur. *Tit. de Odio Christianorum.*

CONVENTUS, ET SOCIETATES.

Postquam Apostoli, & Discipuli Christi juxta speciale ipsius mandatum prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis; conventus agere, coeperunt in cryptis, & locis privatis, ob frequentes persecutiones, & plerumque etiam de nocte. Unde & sacrum Eucharistiam secum deferabant, opportuno tempore sumendam; & colligunt nonnulli ex lampadum accensione, quarum fit mentio in Actis Apost. Immo usque ad tempora Constantinianæ publica

publica oratoria, aut templa Christianis non habuisse, constat, & dicitur *falsus Tit. de Templis. Vide infra de hoc Argumento.*

* CHRISTIANISMUS.

Sive Christiana Religio, Qui eam professi? Quomodo.

Tete, mundi vinculum, & firmamentum, Christiana Religio pennato vomere ingredimur: & quantum tui studium, cum observanda, tum amplificanda fuerit, paucis dicendum suscipimus. Si enim omnia, quæ in Sanctorum gloriosa morte de te dicta sunt, recensere veluero, nullum scribendi finem inveniam. Ex multis igitur S. Diaconum adducimus, qui de genere, domo, patria, fide perquam tyranno, in mediis tormentis nihil aliud respondit, quam, Christianus sum, hoc mihi nomen, genus, patria, doctrina, aliud nihil sum: quomodo etiam hic omnia reputavit ut stercoza, solum ut Christum lucrifaceret. *Euseb. in Hist. Eccl. lib. 5. cap. 1. L. Beyerl. in apoph. Christiani.*

B Confimilis fortitudinis S. Nicephorus Martyr, cum Sapientium presbyterum, ob supplicii, quod jam jam imminere horrorem, à fidei constantia descendentem videret, in lachrymas solutus, ut perfleret rogavit: quo renuente; & Ego igitur, ait, pro ipso feriar: Christianus sum, & lubens cervicem tyranni gladio submisi. *Sum. tom. 1. in vita.*

Præclarum etiam Pacianus Episcopus suæ fidei testimonium reddidit, dum ad Sempronianum scribens, ita loquitur: Catholicum istud nomen, nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum sonat: nec hæreticos sumit auctores. Christianus mihi nomen est, Catholicus cognomen. Illud me nuncupat, hoc ostendit: hoc probat, inde significat. *Collig. ex Epist. 1.*

Cursum sistere volenti, non minori virtutis, quam corporis sui mole obstitit S. Martyr Christophorus. Ille namque accepto à Sami præfecto colapho, Repercussissem, inquit, nisi Christianus fuissem. Re, & nomine se Christianum testatus; utpote cui proprium, pati. *Sur. tom. 4.*

Illius se lateri comitem adjungit Sergius II. Pont. Max. qui Lotharii Imperatoris filio de patris mandato Italiam populanti, ac Romam cogitanti, ad portas agræneas obviam procedens, cum his verbis aggreditur: Si pacato magis, quam hostili animo ad nos venisti; si que ad Christiani nominis utilitatem magis respicis, quam ad sævienti voluptatem, meo jussu ingredi: sine aliter armatus es, fores ne tetigeris: nam super caput enim habes scelerum omnium ultorem. Vide, quam perfecta Christianæ religionis charitas omnium expellat timorem. *Platina in vita, Beyerl. supra.*

Prum II. Pontif. Sergio velut in officio, ita & in hac laude successorem antecessimus, qui omnem scilicet humana auctoritate firmatam ratione carere audebat, dicebat autem; Christiana religio, etiamsi miraculosa non esset confirmata, honestate sua recipi debuisset. *Plat. in Beyerl. supra.*

Ad alios festino, qui in Civili ordine sua laude, & gloria hic carere non debent, ac possint: cum, si nos subterventum, ipsam per se facta, dictaque loquantur. Quis enim non merito Joivanium Imp. celebrat? qui dum Imperii habenas suscipere invitatus coegerat, eam conditionem electionibus proposuit: Nolim Imperii administrationem accipere, nisi dum omnes, quibus impero, Christiani esse velint. O memorandam boni Principis vocem! *Ex Theod. Lac. 7. Item ibid. Terentius Dux. Vide Zelus erga Deum.*

Vultis & aliud non minus illustre? Ladislaus Hung. Rex, ubi Hungaros, qui ex devastata Transilvania magnam prædam avexerant, prælio fusos conficere, suumque militem acriter in eos sævire, Parcite, clamabat, milites, parcite humanofangui, sed cruoris hostilis effusum: fugientem capite multitudine, ut si forsitan Orthodoxam fidem amplectantur, Dei populum multiplicemus. Digna Christiano Principe oratio. *Bonfin. lib. 4. Dec. 2.*

Magnum item Jugo Duci Carinthiæ desiderium Christianam fidem propagandi: unde cum aliquando magnifico apparatu plebejos, & agricolas in convivium excepisset, aulicos suos admodum tenui in mensa ab eis amovit. Mirantibus, cur (videbatur enim præter decorum) tum nobile convivio exciperet? respondit: Pro animarum qualitate convivium intruxi. Non enim tam puri sunt illi, qui alta palatia incolentes, sedeo simulachorum cultu seducunt; quam hi, qui humiles casas habitantes, ac *L. B. Theatr. vita Hum. Tom. 11.*

Christi Evangelio credentes, unda Baptismi exiati sunt. Re, verbisque castigati nobiles, paulo post se Virgilio, & Annoni Episcopo, ut Christi facti, initiarentur, instituendos præbuerunt. *Sab. 13. An. 10. ex An. Syl. 120. Europa.*

Genis Norvegicæ incolis nulli ante Christum magnitudo in tuenda superstitione pertinacior: post susceptum vero, nulla constantior, ferunt enim olim quavis ex causa eos peregrinos, cum autem primum reduces terram suam attingissent, pronos cadere in terram, & facto Crucis signo, eam excolari solitos, & exclamare: O terra Christiana ante omnes! usque adeo sui generis cultum præ ceteris extollebant. *Crantz. in Norveg. c. 11.*

Japonicæ populus quosdam etiam longo à nobis remotos terrarum spatio; nunc vero Christo propinquos, annumerat præsentibus vitam: qui interrogati, quid de Christiana fide sentirent: hoc respondebant: Nemo, nostra quidem sententia, rationis particeps, qui non auditis Christianæ disciplinæ decretis protinus assentiat, ac pareat. *Ita de illis Massejus lib. 1. Epist. ex Epist. Xaverii.*

Consule locum amplissimum de Religione, ut est virtus, & Societas fidelium. Item de Fide.

CHRISTIANORUM AMOR, ET ODIUM.

Neque id fati visum quibusdam, ut Christiani dicerentur: quin & summo apud eisdem in precio Christianorum nomen erat, & salus, quorum utrumque alii minus pie spernati. Priorum aciem ducat Ludovicus, quem Primum indignant, Franciæ Rex, qui ob insignia, & præclara gesta Pius dictus. Ille enim dum in Syria cum exercitu ageret, rogabatur, nobilem quemdam Saracenum, qui Sultanum interfecerat, militari balteo donat, ille: Abiit me, ut vel pro servanda vita, vel morte deselinanda, à Christiana religione alienum balteo donem. Sentiebatur solis Christianis illud honoris competere. *Gauf. de Belolo, in vita ejusd. Beyerl. in apoph. Christiani.*

Atque, ac non facti gloria posteriori, nostri sæculi Cæsar Carolus, qui cum in Africa constitutus, adverteret prælium, quod ocys committendum non ex animi voto successurum, receptui canerent, imperavit: adiciens nobilem illam vocem; Malim unum Christianum servare, quam mille Mauros, Turcas, Pœnosve interimere. O clementiam! ò G. manufactudinem! ò religionem! *Zenoecus in vita, lib. 3. Beyerl. supra.*

Juliano Apostata, jam dictis, ut atate, ita & impietate prior, non in Christum modo, sed & membra ipsius, ita ut neque Christianos ad se venire permitteret, neque eorum legationem nisi invitus suscipere. Moventibus bellum Persi legationem mittebant Nitibini, auxiliares copias postulantes: quos omnium Christianorum nomine impio hoc responso compellans, Nec me ullum, inquit, subfidium latitum, nec polluta civitati legationem suscipiturum scitote: nisi prius vos mecum in Paganismum descendisse intellexero. Impiorum animus tum tranquillus, cum plures in sui sceleris consortium trahit. *Idem ibid. Ex Sozom. 1. 6. Hist. Eccl. c. 4.*

Idem ad quævis scelera pronus, ipsos Paganos in Christicolis armabat, animabatque, qui oppressionem illam aliquandiu sustinentes, cum ingravesceret indies, ad eum recurrunt, ac is, ut erat, alter sui sæculi Nero. Quid expectatis? solatium aliquod, aut lenimen? Vestrum, ajebat, est, ut patientes mala sustineatis, hoc etenim præceptum est vestri Christi. Ita impius Imperator, impie in Christo doctrinam H blasphemus, ejus quoque cultores illudebat, ipse Herodes deterior. *Item cap. 39.*

Ecclesiasticorum bona diripi, & in fiscum inferri præcipiebatur, Religionem prætexens, dicebat autem: Hac ratione magis expeditos reddo ad regnum glororum. Beati namque inter eos sunt pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Pompon. Latrus in vita ejus. G. Richt. in axiomat. Eccl.*

DE RELIGIOSA CHRISTIANORUM SOCIETATE, INSTITUTIO, INVENTIO.

Ex Justitia religiosa locis illustrari potest. Quomodo, PUTA.

Vide Justitiam religiosam.
 Anglia omnium ferè totius Europæ Orbis Latini monasteriorum

nascentiorum, & cœnobiorum parens, & altrix appellari potest. A Ex ea enim prodire, qui vel novos instituerunt, vel veteres vivendi ritus instaurarunt. Polyd. in hist. Anglorum. At proh dolor, à tempore Henrici VIII. omnis ea pietas eliminata est, proculque ea vincta brusca pro visis, & errore pro veritate suscepit.

Ceremoniis.

Omnia institutio Ecclesiasticæ officii, veteris præsertim, à Gregorio Magno Pp. accessione novorum rituum confirmata est, & approbata. Platina.

Exemplis.

Quod Judæi per omnes ferè terras, gentesque dispersi sunt, unus veri Dei providentia est in Christianæ religionis propagationem: ut quod deorum falorum usquequaque simulacra, aræ, luci, templa evertuntur, & sacrificia prohibentur, de codicibus eorum probetur, quemadmodum hoc fuerit tanto ante prophetarum: ne forte, cum legeretur in nostris, à nobis putaretur esse confictum. D. Aug. lib. 4. De Civitate Dei, cap. 34.

** Predicatione.*

Apostoli, qui erant Jerosolymis, non cessabant in templo, B & circa domos prædicare, & Evangelizare Christum Jesum, quod fiebat, ut multiplicaretur numerus discipulorum in Jerusaleme valde: multa etiam turba sacerdotum obediens fidei. Quod sane admirabile haberi debet, sive locum consideres, ubi Crucifixus est Christus: sive commotionem contra Apostolos excitatam: sive murmur discipulorum inter se. Ad. cap. 6.

** Dispersione.*

Apostoli iidem accepto Domini mandato de prædicando Evangelio omni Creaturæ, egressi prædicaverunt ubique, ait S. Marcus, ac in varias Provincias abierunt, ut latè dicitur hoc opere. Tit. de Apostolis.

Expugnata etiam Jerosolyma à Tito Vespasiano, & paulò ante Palæstinam vastante Cestio Syria Præfide, fugati Christiani, in varias abierunt Provincias, ut testatur Epiph. heres. 29. & 39. Ubi factò Evangelii femine paulatim Dei verbum fructificavit, ut ex ipso Idolorum cultu Christianæ Religionis fax afflueret, & recipia impletum cerneretur illud Propheta vaticinium: In omnes terras exivit sonus eorum, & Christi promissio, Erunt mihi testes in Hierusalem, &c. & usque ad ultimum terræ. Ad. c. 2.

Linguarum diversitate.

Adveniente in die Pentecostes Spiritu Sancto in discipulos congregatos, quos numero 120. tradunt in eo cenaculo montis Sion fuisse, loquebantur omnes variis linguis, ut prout Spiritus S. dabat eloqui illis, ita ut viri Judæi ex omni natione, que sub celo est, audirent cum stupore linguam suam, in qua nati erant. Unde audito Petro rationem illius miraculi reddente, & regnum Dei annunciantem, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & reliquos Apostolos, Quid faciemus, &c. apostolice sunt ad numerum credentium, tria millia illo die. Ad. c. 2.

Miraculorum patrone.

Confate Tit. de Miraculis. Item. Tit. de Fide. §. Fides miraculis confirmata.

Sanguinis effusione.

Quaratur Titulus de Martyribus, & Martyrio. Item de Persecutione.

Episcopatus erectione.

Vide Episcopatus, & verbum Episcopus, ubi multa de Institutione veterum, & novorum Episcoporum.

Monasteriorum institutione.

Habes hoc argumentum Tit. de Monachis, & Religione, ut importat statum religionum.

Publica professione, & prælectione.

De hac tractatur Tit. de Academicis, Catechismo. Et in Titulo, & loco de Theologia divina, tractatur de Doctoribus per quos ea tradita.

Cultus religiosus.

Vide Titulum de Deo, & religione. Ubi multa, que hic revocari possent.

CHRISTIANÆ RELIGIONIS

ΧΡΗΣ. ΗΥC RELIGΙΟΣΙ

Populi.

Gloriabantur olim Rutheni, se solos cum Græcis veros

Christianos esse: Romanos verò, & alios Christianos damnant, & execrantur, tanquam primitivæ Ecclesiæ desertores, & septem E. sanctarum synodorum prævaricatores, quamvis postmodum nostra ætate sub Clemente VIII. ad Ecclesiæ gremium summa animi demissione se receperunt. Guagninus in Moscovia de Norvegis. Vide Tit. præcedentem.

PONTIFICES.

Pius II. Pont. Max. ritus sacrorum, & ceremonias ita ubique tenuit, ut ad Sublacum Cœnobitas, eorundem eodem apparatu, quo illis, ministrari sibi biduo iusserit: quod & Capreolæ in Hetruria fecit, & ad cœnobium D. Benedicti in Mantuano, & in Florentino ad Carthusiam, cum ibi subsistisset. Campanus in ejus vita. Consule locum Pontificum, & Episcoporum.

REGES.

Sub loco Injustitiæ religiose plura exempla invenies.

Carolus Magnus incredibili studio divinum in Ecclesia procuravit officium. Eius horratu per omnes penè provincias depositum est Ambrosianum officium, & Gregorianum susceptum. Patrum sermones, Sanctorum vitas iussit esse describi. Martyrologium in Ecclesiis majoribus, & conventualibus per singulos dies recitari voluit. Ecclesiam manè, & vesperi, nisi magna causa intercederet, item nocturnis horis, & sacrificiis tempore, quoad valetudo permitteret, impigre frequentavit, curavitque magnopere, ut omnia compedit fierent: ædificios creberimè commonens, ne quid indecessis, aut fordidum vel inferi, vel in templis permanere sinerent. Grantz. lib. 1. Metrop. c. 18.

Idem quoque toto regni sui tempore nihil duxit antiquius, quam ut urbs Roma sua opera, suo labore veteri polletet auctoritate, & Ecclesia Sancti Petri non solum per illum tuta, & defensa, sed etiam suis opibus per omnibus Ecclesiis esset ornata, ac ditata. Eginhardus in vita ejus.

Fridericus Barbarossa Imp. omnem horam, qua eorum Deo pallebatur, competenti immeritatur silentio, nec ulla interim cum audiebat de quovis sollicitate negotio. Peractis votis, & post missarum solemniam, divinis coniugatis reliquiis, negotiis vacabat. Rodericus Tolet. Lib. 4. c. 41.

Ferdinandus rex Asturum, & Castellæ ad sancti Facundi G monasterium veniens, quasi unus è Monachis, & divinis officiis insistebat, & cibariis regularibus utebatur. Cum porrectum vas vitreum de manu Abbatis ad mensam venale sedens excepisset, illudque fractum esset, pro negligentia penitens, vas aureum gemmis ornatum curavit afferri, & Abbati pro vitreo obtulit. Rodericus Tolet. Lib. 4. c. 18.

Venceslaus Uratislavi F. Boemorum princeps, ab omni ambitione invictus, demissus fuit princeps quam privatim agebat, aliquantoque diligentius observabat, ne quid de instituto prioris vitæ apud aviam Ludmillam transacta intermitteret. Nam & noctibus intentius, quam prius ad pallendos psalmos, laudisque Deo dicendis utebatur, & dies per plura pietatis officia transigebat, crebrius in sumis prodeundo, languentes invisiendo, laceros, nudosque conversiendos, pauperes alimentis sustentando. Instructerat præterea sibi inedix, ac vigilie quoddam quasi cum avia certamen, experiri fatagens, ipse an illa sapius jejunalet, & pervigilaretque. Cum sacerdotibus assidue versabatur, & sacris ministrabat, nodu plerumque, vel media hyme loca sacra vigiliarum nudis pedibus adibat. Dubravius lib. 5.

EMMANUEL Lusitanicæ rex Ecclesiæ sanctionibus alacritate singulari parebat, mores, & ritus ab Ecclesia constitutos summa sanctitate, & cœremonia tuebatur. Tempore, quo memoria suppliciorum, qua Christus pro nobis in cruce pertulit, ritu solemniter consecratur à templo minime discedebat: & tribus diebus, quibus sanctissimum Eucharistia sacramento erat in sepulcri quadam similitudine conditum, ut nobis memoriam nostræ salutis repræsenteret, neque vestes exuebat, nec ab eo loco, nisi ad aliquod breve tempus abscedebat: & cum somnus illum complectebatur, ibi sine ulla vitæ delicatioris instrumento parumque accubabat. Multas sanctorum hominum religiones instauravit, fluxosque mores ad pristinum severitatem, & sanctimoniam reduxit. Ad eas facras quam plurimas vel à fundamentis extruxit, vel collapsas refecit. Odio acerbò Mahumeti sectam persequebatur, & ea de causa tanto studio belium in Africa, & Asia comparabat, ut quantum in illo esset, memoriam erroris pessiferi deleteret. Ofor. lib. 12. Rerum Em. Uladislavus

ELECTIO.

Uladislavus Hungariæ, & Boemiarum rex ex Hungaria in Boemiam rediens, cum Pragæ venisset, in arce nullum prius quam saluti Divi Venceslavi tradidit, gratias Deo agens, tanquam factis suis, prosperitatisque auctori. Multam inde vestem sacram, preciosaque, multa tapetia picta, vim præterea magnam auri, & argenti templo dedicavit, accitis aurificibus, qui divorum reliquias, ac præcipue sanctorum patronorum capita, thecis vilioribus involuta, calato argento includerent, de superque inaurarent. Et ut cultus quoque divinus in templo adurgeretur, Choralis instituit: qui in conventu, coronaque canentium, hymnos Deo tum die, tum nocte psallerent: atque utroque tempore, dum per otium licuit, libenter illis interfuit, ut religionem sanctis vocibus pasceret, spem erigeret, fiduciam in Deo figeret, simulque oraret pro rerum quiete: quam tantum dilexit, ut quantumvis bello felix esset, tamen quoties vel cubitum iret, vel lecto surgeret, nulla ejus vox alia audiret, nisi: Da pacem, Domine, in diebus nostris. Dubravius lib. 32.

CLERICI IN GENERE. HORUM OFFICIA.

B CAJUS Pp. sub Diocletiano distinxit ordines in Ecclesia, quibus ad Episcopatum ascenditur, in Osiarium, in Lectorem, Exorcistam, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum, Presbyterum, Episcopum, an. 292. Volat. lib. 22. & Platina.

An. Domini 838. iuxta Sigebertum Aquilgrani synodus celebrata iussu Ludovici Imperatoris, & in ea renovatum, quales Episcopi, & presbyteri esse debeant, qui præsit Ecclesiæ, quæ illos scire, & facere oporteat, quæ Episcopi, & Abbates in gubernatione suorum agere debeant, quæ ad Imperatoris officium pertineant in juvenanda gubernatione Ecclesiæ, & rectè administranda Republica.

Vide locum de Conciliis.

HABITUS.

* LINUS Pontifex S. Petri successor sancivit, ne qua mulier nisi capite velato in Ecclesia introiret. In synodo Aquilgrana an. 830. celebrata, cui præfedit Gregorius 4. iuxta Marium lib. 10. & Nucerinam generatione 20. constitutum inter alia, ne Episcopi, & clerici cujusvis gradus pretiosas, & exquisitas vestes utpote sericas, & coccinei coloris, aut bracteatas, neve in digitis gemmas, nisi dum præfules facerent: ne in cingulis, calceis, aut crepidis aurum, & argentum ferant. Et ut unaquaque Ecclesia habeat proventus ad communem victum clericorum sufficientem.

CONVERSATIO.

SYMMACHUS Pp. Theodorico regnante constituit, ne quis Clericus cum muliere, nisi forte sanguine conjuncta, habitaret. Anno 491. Volat. lib. 22.

PRIVILEGIA.

CAJUS Pp. sub Diocletiano anno 292. instituit, ne clericus ad iudicium profanum accereri posset. Volat. lib. 22.

ALEXANDER Pp. instituit, ne Clericus ullus ad secularis iudicii tribunal evocetur. Gratianus.

Convallus Scotorum rex edixit, ut qui facerdotem manu percussisset, eadem ei manus acuto ferro adimeretur: qui occidisset facerdotem, publicis fortunis, cremaretur vivus. Item, ut decimas omnium terra nascentium cuncti in facerdotum horrea deferrent: utque qui sacris facerdotum auctoritate fuisset prohibitus, hominum prohiberet congressibus: salutareret à nemine, penitentiæ ei jus negaretur: nec ulla illius testimonio esset fides, publicique concilii, ac concionibus acceretur. Cuique pastorum in templi, cui præfuit, viciniæ prædium assignavit, in quo & contemplationi indulgeret, & usibus aliorum pateret. H. Boetius lib. 9.

CAROLUS Imp. Rodolpho cancellario, Verdensi Episcopo adjuvante, pro libertate Ecclesiastica, contra dominos temporales, multa statuta edidit, & Ecclesiasticis personis privilegia immunitatis, & libertatis amplificavit. Grantz. lib. 9. Metrop. c. 33.

POSSESSIONES.

URBANUS Pp. Romanus statuit, ut prælia essent inter clericos communia, fructus quoque virtum distribuenterent. Anno 225. Volat. lib. 22.

INNOCENTII II. Pp. instituit, ne quis in præditi facerdotibus successores sibi constituere posset. Anno salutis 1128. Volat. lib. 22.

L. B. Teat. vit. Human. Tom. II.

ZOZIMUS Papa, & mox Bonifacius, vetere, ne servi in clerum reciperentur, quod hujusmodi viros liberos, & integros esse oporteret. Anastasius I. ne peregrini, maxime autem transmarini in clerum reciperentur, nisi quinque Episcoporum præfessent chirographa. Hoc factum apud propter Manichæos, qui tunc in Africa magno pretio erant, & ad corruptendam fidem de suis quoquoqueverum mittebant. Item ne debiles, & manci, neve aliquo membro carentes, in numerum clericorum reciperentur. Syricus, ut quicumque aut viduam, aut secundam uxorem duxisset, ab officio Ecclesiastico pelleretur. Platina.

GEASIVS Pp. Theodorico regnante constituit, ut clericorum ordinationes quater in anno fierent, dieque sabbathi. Volaterranus lib. 22.

DOCTORES RELIGIONIS;

ET ILLI QUIDEM VEL

Scholastici.

Quos require Tit. de Theologia, §. De Jores Theologiae. POPULARES CONCIONATORES

ECCLESIAE IN LEGE

Evangelica.

S. IOANNIS Baptistæ vox clamantis in deserto pulchre nobis modum, formamque prædicandi videtur insinuasse. Vita primus omnium acriter increpanda, maxime eorum, quos in his oblatinores cernimus, docuit Pharisæis insultans, ac dicens: Genimina viperarum, quis demonstravit vobis fugerem venturam iram? Remedium deinde ne desperet, continuo ingerendum ostendit, dum subiungens ait: Facite ergo fructum dignum penitentiae. Postremo proponendum iussit prædicandum, impiis poenam, dicens: Congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. His etiam, qui talia docent, neminem timendum declaravit, corripendo Herodem regem vincula, carcerem: necem perferre satius sibi existimans quam illicum illius conjugium adulatione obtegere, & præceptorum Dei in memorem se præbere. Marul. lib. 3. c. 4.

Post Joannem cepit Jesus facere, & docere: cepit prædicare, ipse olim prædicatus, semperque prædicandus, mundi Salvator, ac Dominus. Lex enim, & propheta usque ad Joannem, exinde Evangelium Christi. Et hæctenus quidem terrenorum præmium bonorum, nume jam celestis regni æterni promittitur penitentibus beatitudo. Penitentiam, inquit, G agit, appropinquit enim regnum Dei. Nos certe prius Jesus prædicare cepisse dicitur, quam tentatus famem vicisset in deserto, avaritiam in monte, vanam gloriam in templo. Quia in re ostendere voluit, qualem prius esse oporteat, qui divini verbi passim disseminandi curam aggredi decessit. Hinc jam aliquantum nationum saluti consulens, Discipulos adesse sibi, ut habeat, quos discendens doctrinæ suæ per orbem propagande relinquit magistros: utque is, qui docet, aliis etiam docendi disciplinam impendere discat. Circuit totam Galileam, ut Doctoribus post se futuris urbes, castella, & vicus peragrando sollicitudinem insinuet. Docet in synagogis, ut & illi ibi magis verba facere studeant, ubi pluribus professe possint. Prædicat Evangelium regni Dei, ne quid aliud in Ecclesia prædicandum inani iactatione præsumant. Cum discipulos doceret, & ascendit in montem: cum turbas, descendit in plantum, ut mimerint perfectioribus graviora vitæ præcepta dari debere, imbecillioribus leviora, lac parvulis, solidum jam ad dicit cibum. Ibi demum eos quoque se adhuc vivo ad evangelizandum emittit. Matth. 9. Marc. 3. Luc. 6.

Docendi munus Apostoli sententia interdictionis feminis est: Mulieres, inquit, in Ecclesiis taceant, non enim permissum eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quibus autem voluerint dicere, domi viros suos interroget. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Mariæ tamen Magdalene prædicatione Massilia Evangelium recepit Christi: & Mariae sororis eius Rhodani accolæ. Decuit solas Apostolatus fungi officio, ut quæ cum Christo & vivente, & resurgente conversata fuerant, quicquid de illo vel oculis conspexissent, vel ab illo auditum excepissent, fide certiore testarentur. Siquidem & in iure suo dicere licebat: Non possumus, quæ vidimus, & audivimus non loqui. Marul. lib. 3. c. 4.

Æquitas apud Valerianam urbem Abbas, postquam scalpello sibi quandam linguæ robiginem ab Angelo levari vidit, ab eodem iussus est ad prædicandum egressi. Diversa igitur peragravit loca, passim Evangelium prædicans, ac, se sacrificii codicibus jumento impositis iter faciens. Accusatius autem

autem, quod nulla Apostolicæ Sedis auctoritate prædicationis officium exerceret, Romam citatur. Et dum eo proficisci pararet, interim Pontifex per somnium exteritus, rursum illum ne venire fatigaretur, per nuncios iussit: simulque opus, quod cœperat, facere pergeret: quandoquidem id faciendi facultatem non ab hominibus, sed à Deo accepisset, Spiritus enim (ut Apostolus, inquit) omnia iudicat, ipse à nemine iudicatur. Idem.

Juvenalis natione Apher, arte medicus, ordine presbyter, cum à Pontifice Romano, ut Narniensi infideli populo Christum evangelizaret, jus, potestatemque sibi concedi petisset, Episcopus eorum constitutus illo se contulit. Multisque ibi catholica credulitate prædicando confirmatis, quendam de obstinatorum numero, cui præter cæteros error veritate carior erat, sibi insensissimum habuit. Qui comprehensum postquam minacibus, ut carnem idolo immolatum gustaret, cogere verbis non potuisset, viribus aggreditur. Cultellum ori admovet, stricte quoque dentium dirimere ordines molitur, viam facturus cibum intra fauces repensit immittendo. At multo secus, quam cogitaret, evenit. Repente enim quadam lymphatæ mentis insaniam correptus, cuspidem in se versa, ipse sibi jugulum ferit: & ad pedes ejus, quem invalerat, exanimis corruit. Unius increduli pœna multis credendi causam dedit. Idem.

S. Servatius Trajectensem Episcopum hac Spiritus S. gratia dotatum fuisse ferunt, ut prædicantem audientes alienigenæ, diversæque nationes, unaquæque sua lingua loquentem putarent nihil non intelligentes, quod ab illo esse prolutum. Ad hæc tot miraculis claruisse dicitur, ita purè, sanctæque vixisse, ut prædicatione, virtute, moribus ad perfectionem Apostolorum maxime accessisse videatur. Marul. lib. 3. cap. 4.

HIVONI presbytero ad prædicandum eunti, fluvius non modico incremento ponti superesus viam intercluserat: mox in sese collectus, ac subsidens, veluti veritas tam salubrem operam memorati, transitum præbuit, rursumque pontem operuit aquis. Idem.

Eadmundus Cantuariensis Archiepiscopus, cum in Gallia apud Vigornam urbem sub dio prædicaret, & populus illum videntes supra se atræ nubis contractionem cœternæ, pluviam timeret, dilabique sub recta pararet, ne dubitarent præcepit, & imbrini ne verbum Domini impediret, iussit. Magna vis aquarum circa eos, qui audiendum convenerant, in terram defluxit, nullum tamen ex tantorum hominum numero attigit. Idem.

B. DOMINICI Ordinis Prædicatorum Principis mater pregnantem castellum se peperisse somniavit, qui facem mordicus arreptam præferens, mundum incendere. Eodem jam nato, cuidam non ignobili matrone visum est, stellam fronti ejus infuisse, ejus fulgore perinde ac solaribus radiis totus terrarum orbis lucesceret. Ille audientis prædicationis facibus mundum suscepit, doctrinæ spiritualis luce illustravit. Marul. lib. 2. cap. 4.

FULCO Prædicator in Galliis, primò Petrum cantorem, deinde illo è rebus humani sublato, Petrum de Royfiaco associavit, & anno mxcxlx. multis à peccatis luxuriæ, & usuræ revocavit. Publicis quibusdam scortis persuasit conjugium. Quædam monasterium S. Antonii prope Parisium ingressa, quadam labores diversos, & peregrinationes etiam susceperunt. Anton. tit. 17. c. 9. §. 29.

BERNARDI Claravallensis Abbatis mater in quiete vidit se castellum in utero latrantem habere. Id interpretatum est, eam divini verbi præconem egregium parituram. Quam sanè interpretationem minime falsam fuisse eventus docuit. Tanta gravitate docebat, ut ad ejus verba penitus obstupescerent homines. Cum aliquando inter prædicandum sibi ipsi placere cepisset, ad inanem gloriam œculta suggestione, illici se animadvertens, ad vœsus demone præconis in clamavit: Neque per te, maligne spiritus, prædicationem hanc inchoavi, neque per te finiam. Hoc reprensus, & arrogantiam cavit, & conservavit humilitatem. Marul. lib. 3. cap. 4. & Aulor. vitæ, lib. 1. cap. 2.

S. THOMAS Archiepiscopus Cantuariensis in Henrico II. Angliæ regi adversus Ecclesiæ immunitatem leges iniquissimas ferenti viriliter resistit, unde in exilium pulsus fuit. Sed revocatus intermissâ prædicationis munia strenuè resumpsit. Narratur de eo, quod Dei verbum annuntiaturus processerit ad quemdam vicum, ejus incolæ

ut erant pessimis moribus, viro Dei intra Ecclesiam prædicante, equo, quo vehabatur, caudam amputaverant: Atque à Deo punitos in posteris, caudam exiguam ad extremam offisi facere gerere, toti que Anglorum genti eam infamiam adharere.

Vide locum de Anglis. S. AMEROSUS Mediolanensis Episcopus quantus vit fuit? Quippe in hujus adhuc infantis ore examen apum confedisse, & divinam viri eloquentiam præmonstrasse perhibent. Factus Episcopus, dictu mirum, quanto cum fervore Christi fidem propagavit, & disciplinam Ecclesiasticam propugnavit, hereticosque insectatus fuerit, ac errorum detestationem compulerit: sic ut etiam egregium illud sidus Augustinum Jesu Christo pepererit. Brev. Rom.

Minorum pater Franciscus, illud execraturus: Itē in mundum univertum, & prædicare Evangelium omni creaturæ: sic hominibus prædicavit, ut mundum repleret monasteriis: sic avibus, ut ad aliendum decites, intenteque silentium tenerent, ac se manu ab eo contrariari non formidarent. Illos, ut piè, religiosèque viverent hortatus est: has tantum, ut creatorem suum laudarent, ejus beneficium penitus haberent ad volatum, vocem ad cantum, fructus terræ absque omni vel ferendi, vel metendi labore ad alimentum, vitæque sustentationem. Apud castellum Galinarium prædicans, hirundinibus multiplici garritu obstrepentibus silentium imperavit: nullaque deinde, quamdiu ipse verba fecit, ne minimū unum quidem sonum, aut susurrum edidit. Idem.

ANTONIUS Hispanus, Minorum ordinis, sanctitate percelebris, cum apud forum Julii moram traheret, prædicare verbum Dei iustus, imperitiam excoënsabat, nunquam antea ejusmodi declamationibus usus. Veruntamen iussioni majorum obtemperans talem fecit sermonem, qualis exercitissimo tribui potuisset. Marul. Idem Patavio à Titone Campi S. Petri domino evocatus ad concionandum, in ædibus secularibus commorari noluit, sed cubiculum super patula nuce oppido propinqua sibi construi curavit, è quo tanquam è suggestu populis concionabatur. Morbo ibi correptus, Pataviū deportatus obiit, anno mcccxxi. Bernard. Scardoen. lib. 3. classe 13. Pat. bist.

SCOTTI ad Christum conversi, Monachorum quorundam ductu, & adhortatione, qui quod sedulo prædicationi vacarent, essentque frequentes in oratione, ab incolis cultores Dei sunt appellati. Invaluit id nomen apud vulgus tantum, ut sacerdotes omnes, ad nostra tempore, vulgò Culdei, id est, cultores Dei, sine discrimine vocentur, Pontificem inter se communi suffragio diligebant, penes quem divinarum rerum esset potestas. In multo deinceps annos Scottorum Episcopus est appellatus. H. Boetii. libro 6.

S. REMIGIUS Episcopus Rhemensis floruit tempore Clodovæi Regis Francorum, quem etiam baptizavit, & primus omnium Francorum doctrina, & miraculis ad Christi fidem perduxit, sic ut illius oratione mortua puella pristina vite restituta fuerit. Administravit: Ecclesiam Rhemensem pluresquam lxxli. Brev. Rom.

S. GREGORIUS à miraculorum multitudine, & gloria Thaumaturgus dictus, scientia, & miraculis clarus extitit: sic ut B. Basilii testimonio, cum Moyses, & Apostolus veniat conferendus. Innumerabiles vero prædicatione sua ad fidem Jesu Christi pertraxit, nam migraturus vita, cum quaesisset, quot in Civitate Neocæsariensi reliqui forent infideles, & audivisset tantum esse septemdecim: Deo gratias agens, totidem inquit, erant fideles, cum inii Episcopatum. Ibidem. 17. Novemb.

PALLADIUS primus Scottorum Episcopus à Cælestino Pp. missus ad Pelagianam hæresim averitendam: cum prius ex sacerdotibus, & Chaldæis pontifices diligenter. Scottorum inde Apostolus dictus, Forduni in Meria mortuus, illic colitur. H. Boetius lib. 7.

NINIANDUS Episcopus sanctitate, & miraculis clarissimus, Casæ Candidæ pontificalis in Gallia sedis primus institutor, ædem ibi condidit divo Martino suo avunculo sacram, Scottorum, Pictorum, Britonumque doctor & prædonomus non vulgaris, & eo nomine omnibus, qui Albionem incolunt, vel hæc nostra ætate in multa veneratione habitus. H. Boetius. ibidem.

UNNUS Archiepiscopus Hamburgensis, sacra legatione in Daniam suscepta, in qua Gormo Christianis infestissimus, regnabat

gnabat, filium ejus Heraldum sua lucratum est prædicatione, A. adjuvante matre Ira Angla, femina Christianissima. Ordinis igitur in Danorum regno per singulas Ecclesias Episcopus, aut sacerdotibus, multitudinem credentium Haraldus regis Filio Dei sanctus ad tutelam commendavit: cujus etiam sulcus adiutorio, non itineris confortem habuit, qui regio nomine illi adesset. Omnes Danorum insulas penetravit, evangelizans regnum Dei gentibus, & fidelibus, quos inibi de veteri memoria reperit, aut captivos invenit, eos in Christo confortans. Deinde vestigia securus magni Ansgerii, per mare Balihicum Bircam pervenit, caput Sretici regni, quò jam per annos lxx. nemo doctorum post Ansgerium ausus erat penetrare, præter solum Rembertum. Hæc autem mediterranea civitas, non longè ab Absala, est nunc metropolis est Regni, tum erat idolorum cultu famosissima. Factum est sancti patris insatigabili instantia, ut populi, quorum patres à beato Ansgerio, & Remberto fidem acceperant, sed ipsi temporum malignitate ad paganismum relapsi fuerant, tunc decem ad Christum revertenter. Perfecto autem legationis fuis ministerio, cum tandem rem ad bonum modum compositis redire disponeret, apud Bircam agritudine correptus, ibidem fessis corporis tabernaculum deposuit. Discipuli, solum caput Bretram reponentes, in Ecclesia sancti Petri ad altare condiderunt, anno dcccxxxvi. cum in Pontificatus exegisset annos sexdecim. Exemplar omnium Pontificum, usque adeò pro salute credentium omnium sollicitus, ut etiam, quæ omnibus solet esse carissimas, vitam impenderet. Crantz. lib. 3. Metropol. cap. 6.

Sub Bretislao Boemorum principe floruit D. Pŕocopius. Patria ei Boemia, & parentes eius Boemi erant, à prima statim pueritia sollicitus, ut filius ipsorum Christiana disciplina imbueretur: cumque studia tunc ad religionem conducentia, non apud alios in Boemia, nisi apud viros sacris initiatos viderent, puerum collegio sacerdotum in arce Vicegradensi erudiendum obtulerunt. Postquam adolevit, ingeniumque, & mores collegium, sic approbavit, ut idoneus haberetur, qui collegiarum numero adjuvaretur, maluit sodalem in sodalium Breunoviensi, quam collegam in collegio Vicegradensi agere. Capus deinde amore vite solitaria, Breunovia relicta, speluncam quandam Sufanæ fluminis incumbentem, larvisque, & lemurius infamem, sibi inhabitandum delegit. Eam simul atque subit, continuo omnes illa terribiles visu formæ dilapsæ sunt, haud secus ac dilabiles tenebræ luce immensa: unaque etiam metus est exemptus accolis, qui adire specum mutuebant. Igitur cognoscens Procopius frustra secretum à se, fugamque hominum queri: occultandi sui finem fecit, ac paulò post sui instituti affectatores in contubernium contraxens, sacra cum illis, & munus vigiliarum, precumque, & jejuniorum obivit. Non solum superstes, verum etiam in sepulchro dormiens multa, & præclara edidit miracula. Bretislao eo loci, in quo jacebat, memoria ejus templum excitavit, addidique illi sodales cenobitas. Du-brav. lib. 7.

ADELBERTUS secundus Pragensis Episcopus, Roma, quo sponte exulatum ierat, evocatus à Boleslao II. Principe, cum populo ob sacram censuram vitiorem minus gratus esset, ne helle intestino occasione daret, in Poloniam abiit Christianissimo nuper initiatum, & Gnesnæ præsulē dedit Gaudenium fratrem. Hinc ad Prutenos veniens, cum populum penitus rudem, & indoctilem esse videret, novos sibi in grege armentorum, & pecudum quæssit auditores. Atque restum D. dictu mira contigit, ut starent arrectis auribus boves, equi, asini, capræ, sues, & quasi bene per Adelbertum dicta sententiæ, intelligerentque nulli illa captum approbarent. Pruteni brutissimi magis bruti, ad summam per hæc crudelitate esserati, Pischuffi in Prussia, anno salutis humanæ dcccxxxvii. aliis dcccxxxviii. sanctum virum septem spiculis confoderunt, caput morti amputarunt. Boleslaus Poloniz Princeps, ex forore Boleslao Boemiz Principis prognatus, cum precibus non posset, precio à truci gente corpore redemit, illudque Gnesnæ sepultura tradidit, adeò non vulgaribus clarum miraculis, ut Ocho tertius, qui eodem tempore Imperio præfuit, votis reus factus ob recuperatam valetudinem, quam Adelberto acceptam retulit, Gnesnam ad sepulchrum ejus adiret. Atque inde passim apud cæteros, quoque Germanos, Adelbertus inter divos haberi cepit. Idem lib. 6.

ADELBERTUS ab Adelberto Hamburgense metropolitano missus in Sueconiam, multum Domino populum acquisivit, ex iis terræ finibus, in quibus nullus antea

prædicator visus erat, vel auditus. Crantz. lib. 4. Metropol. cap. 33.

JOANNES SCOTUS Magnopolensis Episcopus, apud principem Vandalarum Godscalum commemoratus, multa millia baptizavit. Post casu Godscalo ab impiis, pro confessione Christi in Melkelnburg fustibus castus, deinde per singulas Vandalarum civitates ad ludibrium ductus, cum à Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus, & pedibus, in plateam provolvitur. Caput defectum barbari contis perfigentes, in titulum victoriæ deo suo Rudechalti immolaverunt an. Dom. mlx. Crantz. lib. 4. Metropol. cap. 43.

GOSCALUS rex Megalopyrgensium, & Herulorum, sapè zelo pietatis in templis concionatus est suis subditis, vitam pro religione Christiana fudit, dum pugnet contra Vandalos idololatrias. Munsterus in Cosmograph.

ARNULFUS Brixienfis, Christianæ religionis prædicator egregius, improborum insidiis Romæ necatus est, quò acerbè nimium in eorum lasciviam, & libidinem invehere, quòque eorum pompam, & in comparandis divitiis nimium studium improbare, paupertatem Christi, & integerrimam vitam ad imitationem omnibus proponens. Hunc multi ex nobilitate Romana tanquam verum Christi discipulum, & prophetam sequebantur, hunc laudibus ac cælum tollebant. Hinc odium, hinc ira in perniciem bene sentientis usque ad necem excitatæ. Fuerint hic sanctissimus vir presbyter, an monachus, an eremita, haud satis constat. Sunt, qui scribant, Honorio II. Pontifici id admodum displicuisse, non tamen tantæ facinoris auctores unquam inventos. Platina.

Tempore Frederici II. Imperatoris Berchtoldus Franciscanus Ratisbonensis clarus integritate vite, atque Christianæ eloquentiæ orator insignis fuit: sexaginta amplius millia hominum ejus conciones frequentatæ literis producit. Ratisbonæ mortuus, & sepultus est. Avent. lib. 7. universal. Hist.

ORTHO Bambergensis Episcopus à Boleslao Polonorum duce evocatus (qui Pomeranos gentem Vandalicam subegerat) anno mxxiv. eos in Christiana religione erudit. Crantz. lib. 5. Saxon. cap. ult.

B. Norbertus Præmonstratenfis ordinis institutor, floruit tempore S. Bernardi Abbatis Claravallensis, qui à suavis oris eloquio mellifluus meruit appellari: atque cum eodem excolendæ vineæ Dominicæ infudavit. Factum autem, ut circa ea tempora quidam Tanchelinus Sacramentarius hereticus Antuerpiam, & vicina loca hæresis pestifera luce inficeret, quando Præpositus S. Michaelis, & Canonici in eodem oppido instituti per Godefridum Bullonium Sacri Imperii Marchionem, Norbertum fama, & virtutibus notum ad se evocarent. Qui postquam venit, paucò tempore effecit, ut hæresis à Tanchelino oseminata opprimeretur, & SS. Eucharistiæ debitus honor rependeretur. Quare excitati Præpositus, & Canonici, eidem Ecclesiam suam, fundumque adjacentem, & insuper quatuor præbendarum emolumenta, tanquam prima illius ordinis ea in urbe fundamenta, liberaliter cesserunt an. 1221. qui erat quartus à prima ordinis institutione, & à Canoniorum fundatione, trigefimus, aut circiter.

B. HILARIUS Picaviensis Cathedræ præfedit, atque in ea vite sanctitate, doctrina, & eloquentia inenarrabili excellit. Nam Arianisæ velut murum pro domo Israel opposuit, & audientiam Constantii Imper. Constantinopoli expetit, ut illos coram eo in rebus Fidei convinceret, & ad saniorē mentem reduceret. At eorum Episcopi viribus suis distit, id egerunt, ut iusto Imperatoris, qui à partibus eorum stabat, ad episcopatum suum ex quo aliquandiu fuerat profectus, honoris specie remitteretur. Tunc Hilarius è prælio hereticorum redeuntem, ut Hieronymus scribit, Galliarum Ecclesia complexa est: quam deinceps tranquillitate summa administravit, & ut Arianam impietatem condemnaret, effecit. Migravit in caelum Idibus Januar. Anno post Christum natum 369.

HILARIO Martinus in cathedra successit, & ex hinc ad Turonensem Ecclesiam evocatus, tam hanc, quam illam summa pietate, & zelo Evangelicæ prædicationis administravit.

BERNARDINUS Senensis, postquam Italiam omnem Christi nomen prædicando peragrasset, in Marfuru urbe Aquila vite cursum peregit, eoin loco sepultus clarè miraculis. Fuit huic clara inter Senensis origo. Apud quos natus, & educatus, cum adolevisset, juri Pontifici operam dedit. Sed parentibus mortuis distributa inter pauperes substantia D. Francisci religio-

regionem ingressus, traditam sibi regulam exactissime ob- servavit: declinanteque majores conventus, eorum ductor, ac magister effectus est, qui fratres Observantes appellatur. Maximum autem eius studium in edocendis populis fuit, cum esset sacundia, & doctrina insigni. Urbanium, Ferrarium, Senensium Pontificatum respicit, toti Italia debitam linguam certo alicui loco addicere nolens. *Æt. 57.*

JOANNES CAPRIFANUS, Ordinis Minoritarum, Bernardini ejus, qui primus reformationem Ordinis curavit in Italia, discipulus, venit Magdeburgum. Ipsi adfectus movebat adstantes, ipse dicentis apparatus (licet sola Latina lingua uteretur) in populo energiam habuit mirabilem, cum post illum unus ex fratribus interpretaretur populo, per duas horas, quæ ille tribus ante enunciaisset. Commovit usque adeo populum, ut omnia unâ ludorum genera scæcos; alear, quæquid id generis est, conserrent in forum, feminæ armillas, & redimicula; uno ignâ, insperante populo, concremarent. *Cæsar. lib. 11. Metrop. cap. 39. Et lib. 11. Sax. cap. 35.*

JOANNES CAPRIFANUS à Nicolao V. P. M. Boemis convertendis destinatus. Summa homini dicendi facultas, incredibili memoria, vitæ sanctitas rara, mirumque studium in vitis insectandis, & corrigendis erroribus. Ille prius in Moraviam diverit; manitque Olomucii apud sodales suos haut parvo tempore, docens populum tanta celebritate frequentem, ut illum vel capacissimum templum non caperet, sed necesse habuerit in foro sermociuari, duobus semper assistentibus interpretibus; altero Bohemio, altero Germano, qui ea, quæ Latine diceret, vernacula lingua pronuntiarent. Dicebat autem contra Rokyezánum, communionem utriusque speciei, quod ad idiotas attingit, non esse ex veritate præcepti Evangelici: nec licere cuiquam ritum ab Ecclesia cum bona ratione introducendum aultu temerario mutare. Veneslaus Bolcovicze, inter proceres Moraviae magnæ auctoritatis, vale Hulleis dicta, ad Romanos cum duobus subditorum millibus reverit. Rokyezánus Hussitarum antesignanus ad disputationem eum provocavit, definitis certis quibusdam locis sibi valde idoneis. Contra Caprifanum Olomucium illum, aut Brumam inque iter in Bohemiam tetendit: Rokyezánus ad calumnias conversus, professionem monachi ei quasi probum objectabat, hypocrisiam, seductoremque populi, & pacis interurbatorum appellabat. *Dubrav. lib. 29.*

Nonne deservit omni ætate viri sanctitate, & eruditione considerent, ut Christi fidem quasaverum propagarent, & messi Dominice incuberent. Siquidem anno MCC. & primo quidam è familia Sancti Dominici ad Cumanos Tartaros missi prædicandi Evangelii causâ, magnam illius provincie partem fugata idolorum vanitate fide Orthodoxa imbuerunt. Atque etiam hodie in Perside instituti sui memores, eidem muneris gratiam ejusdem Ordinis Religiosi incumbunt.

* Repullulante hæresum olim prædammatorum portento nuper in Belgio, non unus Aleides surrexit, qui illud sterneret, & capita ebullientia refecaret. Franciscus Sonnius inter novos Antistites primus, & voce, & stilo, erat enim ingenio acris, & infatigabilis; serpentes Gallia, & Germania hæretes respexit, ipsarumque per manus, Calvinianæ Iconomachia confessionem labefactavit, sub annum LXVI.

* CORNELIUS JANENIUS S. Theologiae, uti prior; in Lovanienfi Academia Doctor, adeo in omni eruditione genere excelluit, ut & ad Concilium Tridentinum evocatus, & ad cathedram Gandavensem elevatus virtutis merito fuerit. In qua quidem tanquam murum se opposuit adversus serpentes in Flandria hæreticorum lucem, & verum Dominici ovium speculatorum se exhibuit. Senio, ac laboribus confectus decrevit anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, eodem quo Sonnius. Tumulo inter alios hic versus adscriptus:

Hic vero pietatis apex, & regula recti, nulli hæc sacri Textus harmonia una jaacet.

* Succellit huic Guilielmus Lindanus, hæreticorum infector acerrimus, uti scripta illius demoustrant, prælia Domini variis in Regionibus, cum seripio, tum viva voce, præliatus fuit. Primus apud Geldros Ruremundæ Episcopus renunciauit, tandem Gandavi a Gregorio XIII. constitutus est, ubi & reliquum vitæ exegit.

* Piores isti Flandros, & Brabantos, at Franciscus Richardus Atreios adversus ingrumentem pravitatis Calvinisticæ

pestem, egregie propugnavit, nam festis plerumque diebus, & quoties id faciendi occasione nasci poterat, Episcopas, & dispersas ad populum de rebus in fide controversis conciones habere solitus, etiam non semel in Procerum consessu Bruxellas accessit, Dei verbum cum laude, & fructu annuntiavit nullum disciplinæ genus erat, in quo non esset versatus. Carolum V. Cæsarem pro funere laudavit: quod obsequium huic impendit vi eximus Thomas Stapletonius, sub annum Millesimum quingentesimum septuagesimum quartum.

* Sed apud Frifones tam Calvinistarum, quam Anabaptistarum veneno jam infectos, virtus Cineri Petri multum enituit, quamvis exurgente adversus Regem Catholicum perditione, & factiosus pulsus, & custodiæ traditus, boni Naucleris officio defungi coactus fuerit. Attamen defunctus fuisse dicendus non erit, qui exacto biennio exiliu Coloniæ concessit, ubi & factas literas publicè fuit interpretatus, & populares fove religionis ergo à patria protectus, in Catholicæ fidei, Regique obedientia stabilivit. Obiit ibidem meritum plenus, anno 1580.

* De B. Carolo Borromæo nuper inter Divos relato quidquam hoc etiam loco dicere, nisi omnium manibus præclara vitæ illius eelogia versarentur. Inter quæ non exiguum est, quod in hoc vel nervos intendit, ut & parvulus in Christo lac, & adultioribus solidiorem cibum, exemplo Doctoris Gentium suppeditaret, & errantes ad viam salutis adduceret.

Vide de eodem in loco de Catechismo.

Cum, paucis veterum Christianorum reliquiis exceptis, Indi omnes demonebus toto annos mancipati essent, posteaquam Lusitanorum navigationibus patuit, plures religionis propagandæ zelo æstuarunt, qui omnem operam impendunt, ut nomen Christi ibidem agnosceretur. Primas hic meruerunt ex ordine S. Francisci cum Henrico Septem Episcopo quinqve religiofi, qui ubi religionis femina terræ huic adhuc inculca commiserunt: tandem Religiosi ad Ignatio Loiola sub nomine Societatis Jesu instituti; universam Indiam, vel potius, universos Orientis angulos, magna animi constantia peragravit: ac multus in ea locis, indefesso labore, salutatis Religionis fundamenta, frequentibus in id Collegiis instituitis, jecerunt: Franciscus præsertim Xaverius, Hispanus. Hic omnium primus, animo sanè excello, invictoque præditus, in Tolo oppido, tribus mensibus, octo & xx. hominum millia, eoque amplius: tum altero in Regno, mensis uno, millia pass, quæ demum scribitur ad Christi fidem converterisse: præterea latissime parentes Sinas, atque Japonios, & alia xxx. millia, in ora maritima promontorii Commorini. Socii verò, post ejus obitum, amplificandis Christianæ Ecclesiæ pomoniis adeo diligenter incubuerunt, ut anno Christi suprà MDLXV. ex Commorinensibus, Goensibus, & Concimenfibus, qui Christianæ militiæ nomen dederunt, censita scribantur ultra ccc. hominum millia. Fuit autem Xaverius natione Cantaber, & in eo Christum docendi munere (quo primus ex Societatis Jesu in provinciis functus est) annos xi. magna perseverantia perstitit: donec in Chinesis litore non procul à Cantone, Sinarum urbe, sanctissimo huic labori incumbens, annos post Christum natum MDLII. vitam cum morte commutaret. Mortuum ejus corpus, in viva primam calcē pulpum, etiam qualescunt mentes integrum mansisse, nec ingratum odorem spirasse, foci fuerit: Lusitanique regem, hoc tanquam miraculo, tum præclaris, ac piis illius gestis permotus, ejus vitam à Prorege sedulo conficij iussit. At verò nequus miretur, tot barbaros populos, tam paucis mensibus, redditos esse Christianos: Xaverius esse docendi hæc fuit ratio. Summa Christianæ religionis capita, divinis decem præceptis, & duodecim Articulis fidei comprehensa, Orationemque Dominicam, & Salvationem Angelicam, ille in Indicam linguam verti curaverat: & eam Indicam translationem memoriter didicerat. Eos Articulos, & Præcepta, verbis ipse alta voce præduco, in publica concione pronuntiabat: delude ab universis eadem recitari præcipiebat. Singulis autem articulis Orationem Dominicam, Angelicamque Salvationem, Deum invocans, & ejus opem, ut Indi animo fidem conciperent, implorans, intererebat. Qui, recitatis his verbis, ex ea multitudine adfentiebat: eos ille post aliquot dies plenus instituitus, sacra Baptismi aqua perluabat: fideliumque consortio, ad aternam salutem, post hanc vitam per Christum consequenda premia, jungebat. Veruntamen in Banenibus, & Bra-

& Bramanibus absuendis difficilior erat, quod Indorum sacris illi præsent, & idolis populum fervire cogant. Hæc ferè Joan. Metellus in epistola.

Chymia, five Alchymia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Chymia quam, & Chemiam, & Alchymiam appellant, proprie est ars conficiendi aurum, vel argentum ex alio metallo, aut arte, ab Ægyptiis, quod quemlibet succum significat, nam & Alchymia per ignem excoquit, & excolat alia mineralia, quæ vel in pulvere, oleum, aliumve liquoem deducit. Alii à voce χημ, id est, fundo derivant, potius totam vocem Græcam dixerunt, ἡμετεροι χημια καλεῖται, à sale, & fusione. Hinc Alchymista, qui eam scientiam exercet.

INVENTIO.

Volunt Ægyptios hujus artis inventores, & eam accepisse à Mizraim filio Cham: ab illis Arabes, & alios, & etiam apud Romanos nomen notum. Ejusque meminit Julius Firmicus, qui scripsit tempore Constantini Magni Imp.

UTILITAS.

Chymia prout medicina adminiculatur, laude digna est: Invent enim ea ars aurum potabile, & subtilissimos spiritus metallis educere docuit, namque ad vitam humanam prorogandam efficaciam præbuit. Ita ut dubitandum non sit, liquorem illum Olibi Maximi, cujus beneficio lucerna pluribus sæculis arsit, ab hæ arte fuisse: de quo Bern. Scardon. in bist. Patavina scribit, unquam nuper Patavii inventam, cujus veritatem versus infirmis indicabant: quorum mentio fiet infra hoc lit.

Ceterum hæ Chymia species, quam Chrysopejam, five auriferam dicunt, qua ex asperis auræ pulveris ramentis aurum multiplicatur, vel ex non auro aurum producit, non per omnia probatur ab omnibus, propter varias fraudes, etiam Dæmonis, quæ intercurrit, alioquin auris conficiendi comodo aurum nullo jure positivo vetatur. Quin tempore Leonis X. Pontificis in Urbe quidam Aurelius Agurellus opus suum de hoc arguente ipse Pontifici inscripsit. Circumferret etiam Pici Mirandulae de hæc liber. Et constat de facto, aliquos aurum verum hujus artis ministerio invenisse, ut refert in suis Disquisit. Magicis Mart. Delrio lib. 1. cap. 5. quest. 1. Sed. 4. Ubi hæc arte dum examinat, & de ea disputat admodum proluxit. Ad quem Læthorem remitto.

CHYMISTÆ.

QUI, QUALES.

Chymistas eos voco, qui vi ignis corpora heterogenea solvere, homogenea coagulare norunt, philosophiæ naturalis in medium hominum vitam deducit non unius generis coloni Quemadmodum enim Vulcanus tripodas divinos sumpsit sponte nobiles diis apud Homerum, Jovi item fulmen, Apollini Cupidiini arcum, & sagittas sabrefecit, sed & diis ipsi pocula miscebat, ex ipsius cerere Jovis cerebro Minervam sapientie deam securis obstericacione elicit, hominibus insuper Pandoram illam venustissimam simul, & perniciosissimam superum justis consecit: sic quoque per omnes humanas actiones

D Vulcania ars, quæ ignis beneficio naturalem æmulationem emulat, in quibusdam etiam superat, longè latius diffunditur. Quæ ut respectu subiecti in lapidariam, Metallicam, Vegetabilem, & Animalem dividi queat: respectu Finis, cujus causa suscipitur, & Metalliariorum, & Aurifabrorum, & vitariorum, in primis verò Medicorum non honoraria tantum, sed etiam vicaria, pedissequa esse videatur, eoque nomine ad alias, atque alias Mechanicorum opificum classes referri possit, atque debeat: ea hic tamen Instrumenti ipsius, Ignis videlicet, respectu, inter Ignivarias artes merito collocabitur, propter mechanicam ipsam tractationem: quæ alioqui, si Theoricam species, non modo inter Theoricarum, veruntamen Acronmaticarum, & Epopticarum referri mereatur, philosophiæ naturalis occultæ magisterium simul, & discipula, maiestatem suam venerandam admirationis arcuatorum silentio tueri solent: ut qui hæc, præterquam iis, quorum evulgatio nisi commodis, quam incommodi mortalibus affert, profanare institunt, sacrilegii nomine jure postulari queant. Hanc autem viam χημια, Chymiam plerique appellant, sed

recentiores: Suidas, & Cedrenus χημια, incerta notatione. An foris cùm Plutarchus in Oride, Ægyptum sacra lingua à sacerdotibus Chemiam vocari scribat, verisimile videatur artem istam jam inde ab Hermete Trifasnegio sacerdotibus Ægyptiis familiarem, ad perpetuam ortus sui memoriam Chemia quasi Ægyptiæ nomen traxisse, quam postea Arabes ab Ægyptiis suscepiam excoluerunt, & unâ cum philosophia Græcicâ sensim Europæo orbi communicarunt, articulo lingue sue familiari, auctiorem Alchemiam appellantes, Theophrastus Paracelsus, vir in hoc genere ad miraculum usque excellens, Spagiricam artem nuncupavit, non inepte fortassis derivatione, quandoquidem in τῆς σπαργιστικῆς, in Extrahendo, sive Separando, & Congregando, sive coagulando tota occupatur: Eam cum alii nimio studio solam philosophiæ appellatione dignandam censent, adeoque superbo titulo sese eximij philosophos vocari velint: alii contra inconsulto scilicet odio arcanæ nature scrutatoribus vix interlixas, & cinisioses, & carbonarios locum concedant, quid de ea Guilielmus Arrogus, in omni philosophiæ, & medicinæ genere versatissimus, tanquam Plato futurus iustiarum omnium, statuat, audiamus. Mechanicus propriè dicitur opifex eorum operum, quæ manu, & ingenio sinitur. Nam in omni artis mechanicæ opere, motus principium ab artificis ingenio desumitur. Manus verò semper materiam motum continuans, formam è potentia in actum (ingenio semper duce) elicit: ac sola per se, instrumentum convenienti adjuta, opus ipsum perficit. In quo opere artifex non considerat causas, sed habet usum exercitatum pro nozione causarum. Atque is absolute Mechanicus appellatur. Chymicus verò bifariam consideratur. Est enim una pars Chymia naturalis, altera verò supernaturalis. Ea quæ naturalis est habet motus principium à natura, & ideo est essentialis in natura; Artificis verò manus, naturalis non est, nec per se, sed per accidens naturam juvat: materiam ita disponens, ut opus ipsum natura citius, facilius, ac perfectius ad finem deducatur. Quod quidem opus, ultra limites naturæ, quæ est rei perfectio, deduci, & extendi non potest. Unde patet, quod hæc pars Chymia est naturalis, & per se: sed quæ parte juvatur ab artificis manu, est per accidens mechanicæ: est parte verò ingenij ratiocinantis est physica. Ergo non mechanicæ. Jam quod ad alteram Chymia partem, quæ supernaturalis est, habet illa motus principium à celo, in materia tamen physica, & naturalis prædictâ, gravitate factâ à virtute celestis: quam essentiali quædam appellant. Hanc materiam dum artifex physicus videt, & ordine suo ingenio, & manu disponit, celestis hæc virtus eam in suam naturam convertit, & eique talem vim præbet, ut reliqua, quæ sunt sui generis, aut speciei in suam naturam transmutet. Hæc igitur quatenus celestis est ex parte agente, & ex Materia in celum mutata est supernaturalis, & metaphysicæ: quæ verò parte physici artificis ingenium operatur per causas notas est naturalis. Manus autem operatio, quæ à motu supra naturam sumitur, divina potius, quam humana, artis mechanicæ umbram solummodo ostendit. Ex prædictis patet, in quo genere vulgares Chymistæ collocari debeant. Nam dum principia, & causas notas non habent, nec ex certa arte in rebus præparandis usum, sed per emendicata suffragia opinionem: ignem, & instrumentorum, tempus, & carbonos absumunt: tantum abest, ut Chymistæ physici, aut metaphysici dici possunt, ut nec mechanicus quidem nomen facile mereantur. Qui verò in oleis, & reliquis partibus simplicium extrahendis ingenio, & manu ita exercitati sunt, ut ex rerum præparandorum usu, artem rectè teneant, ii revera sunt mechanici: dum manu, & ingenio sinitur operantur. Dum autem medicam artem exercent, Empiricorum nonen habent. Qui verò talia ad causas, & principia naturalia reducere conantur, ex ingenio quidem in natura ratiocinante, physici per se, ex manus verò operatione, mechanici per accidens propriè dici debent. Hæc ille. Quibus ut nos quoque calculum nostrum addamus, quod illic de patrefamilias Plautus affirmavit, in una esse unum dominum servum domo, id nos de arte ista pronuntiare possumus, in una esse unam servam Chemiam domo. Nam præter id, quod Metallariis, Fabris omnis generis, Fusoribus, Coquis, & Medicis potissimum inferunt, sive Subiecti, sive Finis respectu consideretur, Catholica quædam censei poterit. Etenim quo ad Subiectum, circa Elementa occupatur: Ignem vegetando, Aquam eliciendo: Lapidem confando. Uniones, Gemmas ad naturæ imitationem efficiendo: Metalla depurando, segregando, perficiendo: Stripes producendo, transformando: Animalia generando, succundando, medicando. Quo ad Finem verò, si quidem Rem effectam species,

sc